DE
DIALECTO PINDARI.

DISSERTATIO INAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN ACADEMIA FRIDERICIANA HALENSI CUM VITEBERGENSI CONSOCIATA

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

DIE XIV. M. JUNII A. MDCCCLXVI.

HORA XII.

UNA CUM SENTENTIIS CONTROVERSIS

[illegible] DEFENDET

AUCTOR

Gulielmus AUGUSTUS PETER,

[illegible]

[illegible] SUSCIPIENT:

[illegible] CAND. PHIL.

[illegible] CAND. PHIL.

Halis SAXONUM

[illegible]

[1866]

Quamquam omnium fere populorum lingua in varias quae in hominum ore vivunt dialectos diffinditur, tamen perraro illae in litterarum usum abeunt, rarius etiam praeter communem linguam se obtinere valent sed post brevem quasi vitam evanescere solent. Itaque inter omnes excellit natio Graeca, quae dialectorum usum non coercebat sed quam maxime adjuvabat; quid quod vel usque ad Alexandri Magni aetatem in litteris communis lingua non conspicitur, sed singulae dialecti simul in usu erant et pro natura atque indole cujusque generis adhibebantur. In Graecia enim stirpes principales propriam quam excoluerant dialectum ad litterarum monumenta contulerunt; jam quum omnes fere peculiare exercerent poeseos genus, quod praecipue ingenio et moribus suis conveniebat, in eo ut par est dialectum suam adhibuerunt; et quoniam inde ab antiquissimis temporibus singulae gentes commercio arctissime inter se conjunctae erant, celeriter poesis illa distribuebatur et mox omnibus communis erat. Sonus autem et dialectus uniuscujusque generis optima et aptissima videbantur quibus auctores hujus poeseos usi fuerant, et poetae alius gentis ea religiose servabant. Attamen interdum non abstinebant quin nonnullas dialecti [illegible] suae formas admiscerent, unde fit, ut apud [illegible] mixtionem quam apud nullum alium po[illegible] saepius dialectum Doricam et Aeolicam [illegible] videmus, et quum ea originem a car[illegible] fieri non potuit quin dialectus epica [illegible] fundamentum esset. Jam etsi nonnulli [illegible] pura utebantur dialecto Lesbiaca, [illegible] sunt qui permixtione illa minime abhorrent [illegible] imprimis Pindarus, apud quem dialectum epicam Doricam Aeolicam conjunctam esse constat. Quod etiam grammatici veteres dicere volebant quum Pindari dialectum *κοινήν* appellabant [illegible] Greg. Cor. p. 12 ed. Schaefer.) Sed [illegible] temporis talis lingua in ulla gente aut populo

usitata erat, quamobrem Joann. gr. p. 317 (cfr. Greg. C. p. 373) dicit: *ἡ μέντοι Πινδάρου καὶ Σιμωνίδου καὶ Βακχυλίδου* (*Δωρὶς*) *παντελῶς ἀγνοεῖται* i. e. prorsus ignoratur, quod nullus tum extabat populus qui sic loquebatur; neque premendum est vocabulum *Δωρίς*, quoniam antea dixerant grammatici Pindarum communi usum esse lingua; quod autem Greg. C. p. 12 ait: *κοινὴ δὲ, ᾗ πάντες χρώμεθα καὶ ᾗ ἐχρήσατο Πίνδαρος*, ex eo ignorantia et inscitia grammatici saeculi duodecimi cognoscitur, qui communem linguam quae post aetatem classicam in usu erat non discernere potuit ab illa ex omnibus dialectis permixtione qua lyrici utebantur.

Epica dialectus fundamentum quasi linguae Pindaricae est; nam quemadmodum poesis lyrica universa paullatim ex epica enata est, ita etiam dialectus inde originem trahit id quod ex multis indiciis veluti ex formis in flexione nominum et verborum intelligi potest. Non omnes autem recepit formas epicas poeta, sed eas quae alienae videbantur ab aetate sua et exoletae erant negligit veluti numquam terminationem casuum in *φι* exeuntem adhibet neque formas verborum in *άω* desinentium distractas Homero usitatissimas admisit. Hanc linguam epicam saepissime Doricis et Aeolicis temperatam esse et testimonia de communi dialecto supra memorata docent et Eustathius testatur in comment. ad Od. 1702, [illegible] δε οἱ *Δωριεῖς ἔχαιρον καὶ αἰολίζοντες δηλοῖ Πίνδαρος ἀναμὶξ οὕτω ποιῶν ἤτοι καὶ Δωρικῶς γράφων καὶ* [illegible] prooem. Pind. 21 ed. Tafel: *Αἰολίζει δὲ τὰ πολ*[illegible] *ἀκριβῆ δι-εισιν Αἰολίδα καὶ κατὰ Δωριεῖς φράζει* [illegible] *τέρας Δωρίδος ἀπέχεται*; conferas testimoni[illegible] 78; *Αἰολεῖς Μοῖσα, ὧν ἐστι Πίνδαρος.* D[illegible] usurpat ut dictionem efficiat splend[illegible] e augeat et carmini gravitatem conci[illegible] non inserviunt omittit ut formas perso[illegible] *μες* exeuntes, accusativos secundae declinationis [illegible] severioris Doridis usum non ascivit sed miti[illegible] buit. Denique etiam dialecti Aeolicae et quidem [illegible] biacae multa vestigia reperiuntur, eam[illegible] frequentius in usum vocat Pindarus quam reliqui poetae [illegible] nusquam fere formas soli Boeotorum linguae propr[illegible]sit quam-

quam Corinnam aequalem poetam patria dialecto usam esse constat.

Non omnes autem formae dialecticae in omnibus carminibus pariter adhibitae sed pro diversa numerorum natura alio loco aliae formae a poeta admissae sunt. Tres modos in epiniciis Pindarus adhibuit: Dorium Aeolium Lydium; Doria harmonia mascula et gravitate et severitate maxime insignis est et a Pindaro ipso *Δώριον μέλος σεμνότατον* dicitur, quamobrem vel tragoediae ob magnificentiam convenit: numeri Dorii sunt graves concinni aequabiles; contra in carminibus Aeolicis oratio velocior, numeri minus graves et concitati, major vehementia lascivia et mollities insunt; harmonia Lydia est tenella placida precibus apta et imprimis ad pueros celebrandos adhibetur. Pro indole cujusque harmoniae formae dialecti aliae esse debent et imprimis in carminibus Aeolicis multas vocabulorum reconditiores formas et Doricas et Aeolicas reperimus quae a carminibus alius harmoniae alienae sunt.

Restat, ut memorem sententiam quam Ahrensius in libro de dial. Dor. p. 410. proposuit et postea in societate philologorum anno 1852 Gottingiam congregatorum longius explicatam repetivit. Censet vir cl., partem dialecti Pindari ad linguam Delphicam referendam esse adductus nonnullis formis quae Pindaro propriae sunt, et quidem primum quod nonnullis locis praepositionem *ἐν* cum accusativo conjunxerit, deinde quod aliquoties in accus. plur. terminationem *ους* in *ος* corripuerit et denique quod praepositionis *περί* litteram *ι* elisionis vi removerit; et quum iisdem Hesiodus usus sit verisimile esse utrumque poetam Boeoticum eas ex eodem fonte petivisse; jam vero Ahrensius existimat Hesiodi linguam et imprimis proprietates ortas esse ex poesi Delphica, in qua eas in usu f[illegible]mentum, decretum Amphictionum (Boeckh. C. J. Nr. 1688), [illegible]; propterea etiam Pindari linguae dialectum Delphicam earundem rerum originem esse. Sane similitudinem quandam dialecti inter utrumque intercedere poetam negare non possumus, etiamsi usus praepositionis *ἐν* cum accusativo conjunctae, quem Ahrensius Hesiodo vindicat quod th. 487. 890 899 in formula dicat: *ἐὴν ἐγκάτθετο νηδύν*, non dubitatione immunis est; nam omnibus locis codicum scriptura inter *ἐγκάτ-*

ϑετο et ἐσκάτϑετό fluctuat vel potius duobus in ultimis versibus plurimi lectionem ἐσκάτϑετο praebent et facillime in vetere scribendi ratione littera Σ cum Γ commutari potuit. Sed ut largiar usum praepositionis ἐν pro εἰς, ego quoque uno eodemque fonte in his rebus utrumque poetam usum esse arbitror; Ahrensii sententiam amplecteremur, si ea quae Delphicae dialecto propria esse dicit, in nulla alia reperiremus neque ad eam adduci poterimus propterea quod ea omnia in monumentis in hac sola dialecto conjuncta deprehendimus. Nam multae formae dialecticae a grammaticis afferuntur, quae in nullo litterarum monumento servatae sunt, quamobrem non statim dialecto cuidam omnia ea abjudicare possumus quorum in inscriptionibus nullum vestigium relictum est. Itaque non est cur ad dialectum Delplicam confugiamus, quoniam multo simplicius haec res tum explicatur, quum Hesiodum et Pindarum has proprietates ex dialecto Boeotica repetivisse sumimus. Nam Boeotos praepositionem ἐν cum accusativo conjunxisse satis constat atque inde grammaticus in Ann. Ox. I. 169, 29. 176, 3. Pindari usum derivat; suo jure, credo. Elisio litterae ι praepositionis περί in Delphica dialecto semel tantum reperitur, in titulo illo Amphictionum, in quo πέροδος extat, quamquam in eodem περιιεῖεν legitur, cujus formae unum ι multo facilius omitti potuit, quod in hoc verbo elisio ne Atticis quidem ignota erat ut ex fragmentis comicorum περιών pro περιιών exhibentibus cognoscitur; cfr. Ath. II. p. 66. D. IV p. 165. C. Poll. VI, 49. Becker. Ann. p. 373, 25; eandem elisionem habes in inscriptione Megaris inventa, C. J. Nr. 1064: ψηφισσαμένης περ' ἐμεῖο, quam metrum tuetur. Etiamsi aliud exemplum in titulis extare non videtur, inde colligendum non esse existimo hanc elisionem apud Delphos tantum in usu fuisse [illegible] qui glossas Hesychii περώσιον περόσχια πε[illegible] referat? Immo hic pariter atque ante consonas apocopen Aeolensibus usitatam accipiendam duco; ut hi litteram ι abscidunt in vocabulis quale est περϑέτω Alc. fr. 36 Bgk., ita non [illegible] ante vocales in vocibus περάπτων πέροδος; mera praepositio περ pro περί quae apud Alc. fr. 74 ante consonam περ σῶ et ante vocalem περ' ἀτιμίας, ut Bergkius correxit, legitur, Aeolensibus tribuitur ab Eust. p. 1044, 15 et schol. Ven. ad Il. ο. 657.

Jam quum Boeoti Aeolensibus adnumerandi sint, usum hujus apocopes ab eorum dialecto abjudicare non possumus quod in monumentis nullum ejusmodi exemplum reperitur. Tertium Ahrensii argumentum correptione terminationis accusativi plur. secundae declinationis nititur; sed de ea certi quidquam Pindaro tribuere non possumus. Nam quum exempla quae metrum non adjuvat nihil probent, ea tantum in censum veniunt in quibus versus lex brevem requirit syllabam: O. II, 71 et N. III, 29, sed neutrum cogit ut acc. plur. statuamus. Priore loco singularem *νᾶσον* praebent omnes boni manu scripti excepto Gott., in interpolatis plurimis extat *νᾶσος* cum glossa Triclinii: *νᾶσος χρὴ γράφειν διὰ τὸ μέτρον*; sed quam facile posteriores grammatici perduci potuerint, ut accus. plur. legendum esse ducerent, satis elucet, quum in mythologia vulgo non una sed plures beatorum insulae memorentur; itaque nihil supererat nisi ut terminationem *ος* metri causa statuerent. Item N. III, 29 optimi codd. Vat. B. Aug. C. singularem numerum *ἐσλόν* praebent; omnino autem hic locus corruptus esse videtur; cfr. Bergk. ad h. l. Ergo hac correptione vix pro argumento uti possumus.

Jam propterea valde ambigi potest num Hesiodus formas proprias ex dialecto Delphica desumpserit, quod decretum illud anno 380 i. e. quadringentis fere annis post compositum est et vix dici potest Delphos ad quos semper magna hominum multitudo confluxit per tot saecula linguam puram et meram conservavisse; ipse concedit vir clarissimus exeunte saeculo quarto quodque Delphicae proprietatis vestigium evanuisse (D. D. p. 411) et alio loco (verhandlungen der göttinger philologenversammlung 1852 p. 77) vatem Aeolensem Terpandrum et post eum citharoedos Lesbiacos multum ad linguam Delphicam valuisse censet; itaque quum Terpander post Hesiodum floreret nescio quibus argumentis nixus Ahrensius ea quae Hesiodeae dialecto propria et Lesbiorum fuerunt ad dialectum Delphicam referre videatur D. D. p. 410. Omnino totam argumentationem ex decreto Amphictionum repetit, sed fortasse non a vero aberrat quod Boeckhius C. J. I. p. 808 monet: „Non tamen Delphica dialectus hinc judicari potest, propterea quod lex est non Delphorum, sed Amphictionum."

Itaque quum non verisimile sit Pindarum quidquam ex

dialecto Delphica derivasse, vix cum Ahrensio (verhandlungen etc. p. 77) formas Aeolicas ad eandem referre possumus; quum enim etiam alii poetae lyrici nonnulla ex dialecto Aeolica linguae suae admiscerent, Pindarus hunc usum recepit et eo magis ad eum perduci debuit, quod harmonia Aeolia, in qua plurimae ejusmodi formae extant, imprimis earum occasionem fecit.

I. De vocalibus.

a. De *α* pro *η*.

Quamquam Pindari sermo ex epica dialecto ortus est, tamen littera *η* quae in ea imprimis frequentatur dignitati et gravitati carminis lyrici saepe non convenit et propterea Pindarus pro hac vocali crebro Dorum more longam *α* adhibet; equidem quas leges in usu harum vocalium secutus sit poeta, nunc accuratius ob oculos collocare studebo et primum universas quae reperiuntur leges proponam. Imprimis *α* pro epico *η* admittit, ubi haec littera ex *α* nata erat et quidem:

1. in terminationibus casuum singularis primae declinationis: *ἀρχά ἀρχᾶς ἀρχᾷ ἀρχάν*.

2 in futuris aoristis et perfectis verborum quorum stirps in *α* desinit velut *ἐτόλμασαν αὐδάσομεν*; huc pertinet etiam stirps *θαν* quae transposito *α θνα* est, unde oritur *τεθνακότων* N. VII, 32*); sed verbum *τέμνειν* format *τέτμηνται* J. VI, 22; praeterea omnes formae et voces quae a *κτασθαι* descendunt semper *η* servant: *κτησάμεναι* N. IX, 52. *κτησάσθαν* O. IX, 45, (ultimo loco nonnulli codices ut Ambr. A. *κτισάσθαν* legunt), *Φιλοκτήτας* P. I, 50; deinde eae quae a *χράω* et *χράομαι* ortae sunt: *χρῆσεν* P. IV, 6 *χρησθέν* O. II, 43. *χρησμός* P. IV, 60. al. Etiam formae verborum *βάλλω* et *καλέω* *η* exhibent: *βέβληνται* N. I, 8, *κέκληνται*, *κεκλημένον* P. III, 67. In voce *ἀπρήκτων* J. VIII, 7 omnes codices *η* tenent, quamquam ubique *πράσσω πρᾶγος πρᾶξις* deprehenditur; quam formam Jonicam Boeckhius reconditiorem putat quam quae possit a librario profecta videri.

3. in omnibus vocabulis quae a primae declinationis vocibus aut a verborum stirpibus in *α* exeuntibus descendunt,

---

*) Citavi locos ex editione Bergkiana tertia.

velut *Γαιάοχος*, *νικαφορία*, *βουλαφόρος*, *βοαθόος*, *κυβερνατήρ*, *κυβέρνασις*, *κυβερνάτας*, *μαχυτάς*, *αἰχματάς*, *μναστήρ*, *μνάστειρα*, *μνᾶμα*, *φάμα*, *μναμοσύνα* O. VIII, 74. J. VI, 75. N. VII, 15, quamquam ultimo loco in libris omnibus *η* conspicitur, *στάλα* N. IV, 81 J. IV, 12; O. III, 44. Ambr. A. Vat. B. et nonnulli alii *στηλᾶν* exhibent, quod vix verum est, *κρατήρ* O. VI, 91 N. IX, 49 in optimis quibusque, J. VI, 2 in omnibus codicibus legitur, nec cum Boeckhio formam epicam praeferemus; *φωνάεις*, *ἀλκάεις*, *αἰγλάεις*, *χαιτάεις*, *χαλαζάεις*, *σιγαλός*, *νεοσίγαλος*, *ὀδυναρός*, *τλάθυμος*, *ἀνίκατος*, *θνατός*. Idem cadit in *ποτανός* quod omnium librorum consensus testatur P. VIII, 34. N. III, 80. VII, 22; mirum igitur videtur, quod P. V, 114 in nullo codice haec forma reperitur, sed aut *ποτηνός* (in plurimis optimisque) aut *πτηνός* (Med. B. A.[3] Ambr. F.) legitur, quum vel a tragicis *ποτανός* frequentetur (cfr. Aesch. Ag. 394. Eur. Suppl. 621. Hel. 1478); quoniam significatio hujus loci discrepat cum reliquis, fortasse vitium subest et *πετηνός* vel *πετεινός* legendum est.

4. in compositis vocabulis, quorum secunda pars litteram *α* unde incipit vulgo in *η* mutat: *κακαγόρους*, *κακαγορία* P. II, 53. (sed etiam *η* in multis mss. reperitur). *εὐάνωρ*, *παραγορεῖτο*, *εὐαγορηθείς*, *μακραγορία*, *ἀρχαγέτας*, *Μοισαγέτας*, *κυναγέτας*, *ὁμάγυρις* J. VII, 46 in omnibus libris legitur, P. XI, 8 autem nusquam *ὁμαγυρέα*, sed partim forma Homerica *ὁμηγερέα* (Vat. B. Med. E. C. Caes. D.) partim *ὁμηγυρέα* (Med. B. Gott. Guelph. al), sed *α* praeferendum est sive scribis *ὁμαγερέα* sive *ὁμαγυρέα*; cfr. Bergk. ad h. l; item praestat *πανάγυριν* O. IX, 96, et *παναγυρίων* J. IV, 28 etiamsi nonnulli codices etiam hic litteram *η* tenent.

5. in prima indicativi praeteritorum et optativi persona: *ἱκόμαν* P. IV, 105. *εἰργασάμαν* J. II, 46 (non recte libri *εἰργασάμην*). *ἐραίμαν* P. XI, 50. *ἱκοίμαν* P. IV, 118. *ἐφαπτοίμαν* N. VIII, 36. *ἐφθεγξάμαν* fr. 158; in tertia persona dualis: *κτησάσθαν* O. IX, 45. *ἐξικέσθαν* N. X, 64.

6. in femininis in *ηνη* exeuntibus: *Πέλλανα* O. VII, 86. IX, 98. XIII, 109. N. X, 44. *Κυλλάνα* O. VI, 77. *Πειράνα* O. XIII, 61. *Κυράνα* P. IV, 2. 279. *Μεσσάνα* P. IV, 126, *σελάνα*, O. X, 75. *κράνα* P. IV, 125. Sed contra hanc legem paene omnes codices praebent *εἰρήνα* O. XIII, 7. P. IX, 23;

N. I, 69 in nullo manu scripto εἰράνα legitur et sane dubium est quamnam praeferas lectionem, apud tragicos εἰρήνα (cfr. Eur. Bacch. 419. Heracl. 372), sed apud Arist. Lysistr. 1081 in sermone Laconico εἰράνα reperitur. Ἀθάνα quater O. XIII, 82. P. X, 45. XII, 8. N. III, 50 in omnibus extat libris, contra forma derivata Ἀθηναία fuisse videtur, quam etiam tragici ubique in canticis servant, quum voce Ἀθάνα vel in trimetris utantur. Ἀθηναία scripturam O. VII, 36 omnes codices exceptis Caes. D. nonnullisque interpolatis et N. X, 84 duo optimi Vat. B. Aug. C. testantur. Etiam de nomine urbis libri fluctuant inter Ἀθῆναι et Ἀθᾶναι, sed plerisque locis omnes vel saltem plurimi optimique formam Doricam praebent, quae certe praestat neque minus Ἀθαναῖοι praeferendum est, quod P. I, 76 multi boni, N. X, 34 omnes codices offerunt; vocem Ἀθηναία Pindarus ab epicis accepisse et intactam reliquisse videtur, quum etiam nonnulla alia nomina propria, quae epicorum usu sancita erant, non mutaverit sed η ad stirpem pertinens retinuerit; inde enim explicatur Ἀλκμήνα, in qua lectione O. VII, 27. N. I, 49. J. I, 12. IV, 55. VI, 30 omnes manu scripti congruunt, dum P. IV, 172 soli codd. Vat. B. Med. B, P. IX, 85 Vat. B, N. X, 11 duo tantum Tricliniani Ἀλκμάνα praebent, et Μυκηνᾶν P. IV, 49, etiamsi ut Bergkius adnotat in columna tripodis Delphici Μυκανεῖς legitur.

7. in femininis abstractis tertiae declinationis vulgo in της exeuntibus: ταχυτάς O. I, 95. ταχυτᾶτι O. IV, 26, J. V, 10. κακότατα P. II, 35. νεότατος O. X, 87. φιλοτάτων P. IV, 92. ὠκύτατι P. XI, 50. ἐσθάς P. IV, 79. ἐσθᾶτος P. IV, 253, cfr. Eust. p. 287, 41.

8. in adverbiis quae vulgo in ῃ desinunt: κρυφᾷ O. I, 47. πάντᾳ O. I, 116. IX, 24 al. πᾷ O. III, 38; his vocibus ι subscribendum esse docet Apoll. de adv. 625, 1. Et. M. 78, 28, quamquam haec littera saepissime in codicibus omissa est; huc pertinet etiam πολλᾷ O. VIII, 23 traditum a Vat. B, quum plurimi alii πολλά praebeant, ἀκᾷ Pindaro proprium P. IV, 156 quod Bergkius in ἀκασκᾷ mutat, ἡσυχᾷ P. XI, 55 N. VII, 82. ἁμᾷ O. III, 21. P. III, 36. N. V, 11. VII, 78: veteres grammatici dubitabant, num voci ἁμᾶ iota subscribendum esset, cfr.

Schol. P. III, 65; conferas quae de hac littera dicit Bergkius ad O. I, 117.

9. in adverbiis in δην exeuntibus veluti ἀμβολάδαν N. X, 33. κρύβδαν P. III, 13 προτροπάδαν P. IV, 94.

10. in compositis quae quidem non cum vocabulis primae declinationis conjuncta sed η pro ο assumtum Dorum more in α mutant qualia sunt; στεφαναφορία O. VIII, 10. πολιάοχος O. V, 10. ἑκαταβόλος O. IX, 5. P. VIII, 64. πολεμαδόκος P. X, 13, ὑπεράφανος P. II, 28; de his compos. cfr. Lob. ad Phryn. p. 650.

Postremo haec singula afferam quae lege certa carere videntur: ἀέλιος semper. ἁγέομαι et derivata. ἁδύς et composita. ἀϊών J. I, 33. Ἄλεκτρα J. IV, 61. ἁλίθιος J. III, 11. ἀλίβατος O. VI, 64. ἁλικία, ἅλιξ P. III, 17. Ἆλις O. I, 78. ἄλλαλοι P. IV, 93. 223. ἆλος pro ἧλος P. IV, 71. ἁμέρα et ἆμαρ semper. ἅμερος O. XIII, 2. P. III, 6. ἁμερόω J. IV, 57. ἁμέτερος. ἁνία P. V, 32. J. II, 22. ἁνίον J. I, 15. P. IV, 18. ἄπειρος P. IV, 48. IX, 8. ἀπύω O. I, 72. al. Ἀσκλαπιός P. III, 6 in plurimis iisque optimis codicibus exceptis Med. E. Perus Urb. A. Caes. A; sed N. III, 54 ubique Ἀσκληπιόν reperitur et fortasse utpote in carmine Aeolico recte. ἁσυχία quod vulgo legitur haud ita codicum scriptura nititur; nam omnibus locis (O. IV, 18. P. I, 70. IV, 296. VIII, 1. N. I, 70. IX, 48) omnes scripti libri formam vulgarem ἡσυχία tenent, item η ubique extat in ἡσυχᾷ P. XI, 55. N. VII, 82; sed ἁσύχιμον O. II, 32 omnes et ἁσύχιον P. IX, 22 longe plurimi exhibent, ita ut admodum dubium sit quamnam Pindarus adhibuerit scripturam. Ἅφαιστος O. VII, 35. al. Ἀχώ O. XIV, 19. Ἀώς O. II, 91. al. βᾶσσα O. III, 24. al. γαθέω P. IV, 122. N. III, 32. γαρύω semper. ποικιλόγαρυς O. III, 8. Δᾶλος O. VI, 59. al. Δαμάτηρ O. VI, 95. δᾶμος et derivata. δαρόν N. IX, 30. δύστανος P. IV, 268. ἕκαλος O. IX, 58. J. VII, 41. ἐξαίφνας O. IX, 52, α in uno Ambr. A. tantum servatum est. ἐξαπίνας P. IV, 273. ζαλωτός O. VII, 6. θαέομαι P. VIII, 45, Homerice θηέομαι, Attice θεάομαι. κᾶδος semper. κάδομαι O. VI, 47. κᾶπος O. III, 25. P. V. 24. IX, 53. καρύσσω O. V, 8. P. IV, 200. κάρυξ. καρχάσιον pro καρχήσιον N. V, 51. Καφισός P. IV, 46. Καφισίς P. XII, 27. Καφίσιος O. XIV, 1. κίβδαλος pro κίβδηλος fr. 57, A. κλαΐς P. VIII, 4. IX,

39, Jonice κληΐς, Attice κλείς cfr. Ahr. D. D. p. 140. κλᾶρος O. XIII, 62. al. κνάμα pro κνήμη unde τετράκναμος P. II, 40. IV, 214. Λαμνός. Λαμνόθεν P. I, 52. Λαμνιᾶν P. IV, 252. Λαμνιάδων O. IV, 22. Λατώ. Λατοίδας. μᾶκος O. X, 72. P. IV, 245. μακύνω P. IV, 281. μάν, conjunctio μήν, ubivis, pro qua passim epicorum more etiam μέν reperitur. μᾶνις P. IV, 159. μανύω O. VI, 52. al. μάταν pro μάτην O. I, 83. μάτηρ cum compositis et derivatis. μαχανά, inde θρασυμάχανος O. VI, 67. N. IV, 62. εὐμαχανία J. IV, 2. νᾶσος ubivis. παγά. Πάγασος O. XIII, 64. J. VII, 44. Πάλιον, mons Pelion P. II, 45 al. πολιάτας pro Jonico πολιήτης J. I, 51. προσανής forma semidorica pro προσηνής P. III, 52. X, 64. σᾶμα pro σῆμα. σάμερον propter ἁμέρα ἆμαρ O. VI, 28. P. IV, 1. XII, 29. σαφανής pro σαφηνής O. X, 55. σίδαρος O. X, 37. P. IV, 246. σιδάρεον fr. 217. σιδαρίταν N. V, 19. σιδαροχάρμας P. II, 2. βραχυσίδαρος N. III, 45; in littera α N. III, 45 codices tantum consentiunt, N. V, 19 omnes η tenent, reliquis locis vel optimi inter η et α fluctuant. σκᾶπτον Dorice (cfr. Schol. O. I, 18) pro σκῆπτρον O. I, 12. VI, 93 rell; apud posteriores poetas σκᾶπτρον deprehenditur (Anth. Plan. VII, 428, 9. 17.) sed in tragicorum canticis lyricis σκῆπτρον: Soph. Phil. 140. Aesch. Prom. 171. τάκομαι fr. 100, 9. τατῶμαι pro τητῶμαι N. X, 78. ψᾶφος semper. μονόψαφος N. X, 6.

Sed haec fere sunt exempla quae codicum fide α pro η exhibent; praeterea autem multa supersunt quae η retinuerunt. Universas quasdam leges sequuntur et η praebent:

1. omnia verba quorum stirps in ε desinit, velut δῆσεν αἰτήσων θήσω et omnia vocabula ab his verbis derivata, qualia exempli gratia sunt: ἀκίνητος, ἀδόκητος, κινηθμός P. IV, 208. κρατησίμαχος P. IX, 86. Sed nonnullae formae ex verbis in έω exeuntibus ortae apud Pindarum α assumunt; a φωνέω enim descendit forma φώνασε O. XIII, 67. N. X, 76, quam omnes libri praebent; contra J. VI, 51 in omnibus φωνήσαις et P. IV, 237 ἀφώνητος legitur. P. XI, 38 omnes codices excepto uno Vat. B a δινέω formam ἐδινάθην exhibent neque minus omnes J. V, 6 ὠκυδίνατος. P. IX, 93. extat ubique a πονέω participium πεποναμένον, etiam O. VI, 11 πονάθῇ excepto cod. Par. G, quamquam N. VII, 36 πόνησαν, J. I, 40 πονήσαις et P. IV, 236

ἐξεπόνησαν in libris reperitur. Hermannus Op. I. p. 259 censet πονῆσαι dici de molestia, πονᾶσαι de efficiendo eique assentitur Boeckh. nott. critt. P. IV, 236. Sed scriptura quae circumferebatur P. VI, 36 δονα-θεῖσα hausta est ex nonnullis interpolatis codicibus refragantibus plerisque et optimis. Verbi φιλεῖν reperiuntur perfecta πεφίληκε P. I, 13 πεφιλημένον N. IV, 46 et aor. ἐφίλησα P. II, 16 ubique; ultimo loco in uno tantum Moschopuleo Leid B saeculi exeuntis XV ἐφίλασ' est; P. IX, 18 ἐφίλησε cum omnibus paene manu scriptis legendum est, quum ἐφίλασε inventum Triclinianum esse videatur; inde elucet non probari posse mutationem Boeckhii φιλάσαντ' N. VII, 88 et φίλασ' N. V, 44. Variant inter se formae verbi νοστέω: nam N. XI, 26 ext at ἐνόστησ', sed N. VI, 50 ad unum omnes codices ἀπονοστάσαντες exhibent. J. III, 7 ὑμνᾶσαι a codicibus traditum est, sed quum aliis locis (N. V, 25. fr. 6, 6) et in compositis semper η deprehendatur, recte α ab Heynio expulsum est. In lectione θεόδματος O. VI, 59. P. I, 61. IX, 10, longe plurimi iique optimi, J. VI, 11 omnes libri consentiunt, nec minus J. IV, 62 in νεόδματος et P. XII, 3 ἐΰδματος; O. III, 7 tantum pars bonorum codicum (Vat. B. Par. G. alii) θεόδμητος, altera pars (Ambr. A. Med. B. C. E. Gott. alii) θεόδματος praebet; itaque satis elucet formas littera α instructas solas a Pindaro profectas esse neque Mommsenii probare possum sententiam, qui (ad O. III, 7) Pindarum ubique η scripsisse putat.

2. praeterita, quorum η augmenti vi ex ε fit; porro η retinent verba in conjunctivi terminationibus velut βάλῃ O. III. 13. πέμπῃ O. II, 21. κτίσῃ O. IV, 69. rell. — in optativis in ιην exeuntibus: εἰδείην O. VIII, 46. φαίην ib. 103. εἴην. φανείη N. IV, 30. ἀξιωθείην N. X, 39. — in aoristo passivi: φάνη O. I, 84. λείφθη O. II, 43. rell.

3. nominativi tertiae declinationis desinentes in ηρ et ης et quidem summo jure, quum η in omnibus hujusmodi vocibus ex ε natum sit; huc etiam pertinet ἀλωπήξ (gen ἐκος).

4. vocabula derivata velut χρηστήριον O. VI, 70. ἀκρωτήριον O. IX, 7. λυτήριον P. V, 106 et composita quorum altera pars ab ε incipit: δολιχήρετμος O. VIII, 20. εὐήρατος O. VI, 98. ἁρματηλάτας P. V, 115. διφρηλάτας P. IX, 81. J. I, 15. σφυρηλάτας fr. 191. βοηλάτας O. XIII, 9. (semel ε in talibus

compositis reperitur χαλκελάτῳ O. VII, 36, praeterea tantum in Anthologia). ἐτήτυμος O. X, 54. N. VII, 63. κρήμνημι P. IV, 25 et κρημνός cum compositis O. III, 23. P. III, 34 a κρεμάσαι, ἀκήρατος P. V, 32 a κεραννύναι.

5. substantiva tertiae declinationis in ημα exeuntia: πῆμα semper, οἴκημα O. II, 9, χρῆμα, νόημα, αὔχημα. P. I, 92, μέλημα P. X, 59. ὄχημα fr. 83, 6. ἄνδημα fr. 160. ῥῆμα P. IV, 278. καύχημα J. V, 51 quamquam a καυχᾶσθαι derivatur; excipiuntur σᾶμα βᾶμα.

6. adjectiva in ηρος et ηλος terminata, quae non ad nomina primae declinationis pertinent: ὑψηλός semper. λαιψηρός O. XII, 4. ὀλισθηρός P. II, 96. χαμηλός P. XI, 30. ὑγιηρός N. III, 18. οἰνηρός N. X, 43. ὀκνηρός P. XI, 22.

7. vocabula in ις υς ας desinentia: γῆρας, μῆτις O. I, 9 al. ἱππόμητις J. VII, 9. πενταετηρίς O. X, 57. Αἰοληίς O. I, 102. ῥῆσις O. VII, 58. χρῆσις O. X, 2 al. κρηπίς P. IV, 138. VII, 3. πηκτίς fr. 102, 3. δύσηρις O. VI, 19; excipitur μᾶνις P. IV, 259; variat Pindarus in usu vocum Νηρηΐς et Νηρεΐς, quibus formis pro metrica necessitate utitur, ita: Νηρεΐδων N. IV, 65 V, 36. Νηρεΐδεσσι J. VI, 6, Νηρηΐδων P. XI, 2.

8. adjectiva in ήϊος: Ἀρήϊος O. II, 42. παρθενήϊος quod Hermannus N. VIII, 2 conjecerat et optimus codex Vat. B confirmat; hic etiam memorandum est Πελοπηϊάδαι N. VIII, 12; Πληϊόναν fr. 52.

9. adverbia η servant: ἤ ἦ δή μή ἠδέ ἤδη ἤτοι et propterea etiam composita: μηδέ μήτε μηδέν μηκέτι O. I, 5. 114. μήποτε O. IX, 83. ἐπειδή O. VIII, 9; τῆλε P. XI, 23 et inde τηλόθε, τηλέφαντος al.

10. adjectiva cum ἡμι composita: ἥμισυ N. X, 87. 88. ἡμίθεος P. IV, 12. 184. 211; ἡμίονος O. V, 7. VI, 22. P. IV, 94

11. numeralia in ήκοντα: πεντήκοντα J. VI, 5. N. X, 1 et quae descendit vox πεντηκόντορος P. IV, 245. ἑξηκοντάκι O. XIII, 99.

12. verba vulgo η in penultima syllaba tenent: ἀρήγω P. II, 63. λήγω P. IV, 292. πλήθω P. IV, 85. θήγω unde θῆξαις O. X, 20. μήδομαι O. I, 106. VI, 94. ῥήγνυμι, ῥῆξαν N. VIII, 29. ἀναρρῆξαι fr. 161. ἄρρηκτος J. VI, 44. ἀπορηγνύμεναι. P. IV, 198. Excipienda sunt θνάσκω κάδομαι πήγνυμι, unde

πάξαμεν O. VI, 3. *ἔπαξε* N. VII, 26. *ἐνέπαξε* P. II, 91; *πλήσσω* unde *πλᾶξε* N. X, 71. *πλάξιππος* O. VI, 85. *πλᾶκτρον* N. V, 24. *πλαγά* O. X, 38. P. IV, 246. al.

Sed restant denique formae singulae quae *η* retinent: *Αἰήτας* P. IV, 110 al. *ἀρίζηλος* O. II, 55. *βληχρός* fr. 107, 2. *βροτήσιος* P. V, 3 *Γηρυόνης* J. I, 13. *δηριάω* N. XI, 26. *δηρίομαι* O. XIII, 44. *ἐγκονητί* N. III, 36. *ἐπηετανός* N. VI, 10. *ἐρῆμος* O. I, 6 al. *ἑρμηνεύς* O. II, 93. *Ζήτας* P. IV, 182. *ἥβα. ἧμαι*, unde *ἥμενος* O. X, 33. N. IX, 62. *Ἥρα. Ἡρακλέης. ἦρ* P. IV, 64. *ἠρινός* P. IX, 46. *ἥρως* cum derivatis. *ἦτορ* et composita. *θαητός* ubivis. *Θήβα. θῆλυς* O. III, 20. *θήρ* cum compositis. *Θήρα* P. IV, 20. V, 75. *θησαυρός* O. VI, 65. *καναχηδά* N. VIII, 15 *κῆλον* P. I, 12. *κηληδών* fr. 30, 2. *κηρός* fr. 100, 8. *κηρίον* fr. 129. *Κλυταιμνήστρα* P. XI, 7. *Ὑπερμνήστρα* N. X, 6. *Κρῆτες* P. V, 41. *Κρήτα* fr. 131, 2. *Κρηθεύς* P. IV, 142. *Κρηθεΐς* N. V, 26. *Λήδα* O. III, 57 al. *Μελησίας. Μήδεια. Μήδειοι* P. I, 78. *μῆδος* P. IV, 27. X, 11. *μῆλον*, pro quo olim a nonnullis *μᾶλον* ut apud Theocr. I, 109 legebatur, sed O. VII, 63. P. IV, 148. IX, 64 omnes codices et O. VII, 80 uno Ambr. A excepto *μῆλον* exhibent; etiam lectionem *μηλοβότᾳ* J. I, 48, *μηλοβότον* P. XII, 2, *εὐμήλοιο* O. VI, 100, *πολυμήλου* P. IX, 6 omnes testantur; P, III, 27 alii *μηλοδόκος* alii *μηδοδόκος*, unus Med. B. *μαδοδόκος* praebet; O. I, 12 vero longe plurimi tenent *πολυμάλῳ* quod ut in carmine Aeolico recte videtur legi Hermanno p. 266 et Boeckhio nott. critt. O. VI, 100. casus vocis *μήν* „mensis“ pro quo Pind. N. V, 44 *μείς* dicit et derivata. *νηλής* P. I, 95. XI, 22. *νήπιος* P. III, 82. *Νηρεύς* ubivis. *Ὅμηρος* P. IV, 277 al. *Ὁμηρίδαι* N. II, 1. *πηδάλιον* P. I, 86. *Πηλεύς* saepe. *Πηλεΐδας* P. VI, 23. *Πηνειός* P. IX, 16. X, 56. *πλῆθος.* O. XIII, 43. *σής* fr. 207, 2. *στῆθος* fr. 203, 2. *τηρέω* P. II, 88.

b. De reliquis vocalibus.

Aliud Dorismi in Pindari carminibus genus in ea re cernitur, quod in vocabulis quibusdam quae vulgo *ε* tenent *α* usurpatur; huc pertinet *σκιαρός* O. III, 14. 19, quae forma pro *σκιερός* nusquam apud alios scriptores dialecto Dorica usos extat, sed ex adjectivo composito *σκιαρόκομος*, quo Eur. Bacch.

876 et Plat. legg. I, p. 624 B utuntur, cognoscitur; nihilosecius ἱερός retinet poeta quamquam Dores ἱαρός dixisse constat neque nomen proprium Ἱάρων legitur, qua forma rex ille in titulo galeae inscripto ipse utitur. Τάμνοισα O. XII, 6 omnibus bonis codicibus excepto solo Vat. B sustentatur, aliis locis apud Pindarum τέμνειν legitur praeterquam quod O. XIII, 57 nonnulli libri (Par. G. Med. B. Ambr. G. Leid O. corr.) τάμνειν offerunt; sed τάμνω nequaquam a dialecto Jonica et epica alienum est, quum apud Homerum uno tantum loco (Od. γ, 175) τέμνειν deprehendatur. Porro occurrit τράφω pro τρέφω: τράφοισα P. II, 44, τράφεν pro τρέφειν P. IV, 115, τράφειν pro τρέφειν J. VIII, 40; τράχω pro τρέχω: τράχον P. VIII, 32. De dativo φρασί cfr. infra. Ad Dores quoque referenda est forma Ἀλκμάν P. VIII, 46. 57. (Eust. 138, 8), quae Jonice Ἀλκμαίων (cfr. fr. 252), Attice Ἀλκμέων est; sic explicatur Ἀμυθάν pro Ἀμυθάων P. IV, 126; eandemque contractionis rationem sequuntur κοινᾶνι P. III, 28. ξυνᾶνα N. V, 27.

Littera ε epicorum more geminatur in nonnullis vocabulis: ἔερσα N. III, 78. ἐέρσας N. VII, 79. ἐέρσαις N. VIII, 70. ἔειπε O. IV, 25. P. IV, 156 al. ἀνέειπε P. I, 32. ἐειδόμενος N. X, 15; pro forma epica αἰετός semel P. IV, 4 poeta αἰητός usurpat et pro ἠθεῖος Dorice dicit ἠθαῖος J. II, 48. Dorum et Jonum more nonnumquam (O. X, 93. N. IV, 40. N. VIII, 45) κενεός, alio loco O. III, 45 κεινός (quae forma Dorica vocatur schol. O. III, 81), numquam vulgarem κενός exhibet; eademque fere est ratio apud Homerum, qui semel Od. χ. 244 κενός, aliis locis nunc κενεός nunc κεινός dicit. Semper reperitur ἀδελφεός et ἀδελφεά, (Homerus utitur ἀδελφειός Il. ε, 21. ζ, 61 et ἀδελφεός). Pro Εἰλείθυια dicitur Ἐλείθυια P. III, 9. N. VII, 1. O. VI, 42 neque ultimo loco Ἐλευθώ legendum est, quae scriptura nisi in interpolatis codicibus non reperitur. O. X, 44. Doricum vocabulum λαία (apud Homerum et Hesiodum ληίς, apud Her. ληίη) occurrit.

Littera ι abjicitur in voce ἑτάρων J. VII, 11 quam contra codicum auctoritatem metrum poscit, in adjectivis ἀφνεός N. VII, 19 fr. 203, 4. ἀφνεάν O. I, 10. ἀφνεαῖς P. XI, 15. N. I, 15. βοέοις P. IV, 234 et in vocabulo ἄφνος pro ἄφενος fr. 204, quod Et. M. p. 178, 10 Pindaro tribuit. Eadem littera in

forma *ποία* quae apud Atticos *πόα* est, ab Jonum *ποίη* servatur P. IV, 240. VIII, 21. IX, 37; semel *πνοιά*, aliis locis *πνοά*; semel legitur *ἐνάλιος* P. IV, 39, alibi *εἰνάλιος*; pro vulgari *ἀεί* quod extat N. VIII, 22, J. VIII, 13 etiam obviam est *αἰεί* O. I, 58. 99. al. et *αἰέν* N. VI, 3. *μείς* Aeolice pro *μήν* N. V, 44, qua forma etiam Hom Il. τ, 117. Hes. Op. 559. Her. II, 82 utuntur; acc. *ὑγίεντα* poscit nominativum *ὑγίεις* O. V, 23. Nusquam *ἥκω* extat, sed ubique in plurimis optimisque codicibus *ἵκω* legitur; cfr. Boeckh. nott. critt. O. IV, 11. Denique saepius tria adjectiva in *εινος* exeuntia hanc terminationem in Aeolicam *εννος* mutant, ita *κλεεννᾶς* P. V, 20. *κλεενναῖς* P. IX, 15. *κλεεννότατον* P. IV, 280 (aliis locis *κλεινός*); *κελαδεννός* P. III, 113. IX, 89. J. IV, 8; *φαεννός* O. I, 6. VII, 67. P. IV, 283. N. IV, 49. VI, 52. VII, 51. J. V, 30. *φαεννότατος* P. IV, 56.

Pro conjunctione *οὖν* Pindarus semper utitur *ὦν* ut O. I, 86. 111. al. *Οὔλυμπος* legitur O. III, 36. XIII, 92. P. IV, 214. N. X, 84. J. IV, 55. fr. 7, 4; 64, 4, aliis locis *Ὄλυμπος· Οὐλυμπιονίκας* O. IV, 9. *Οὐλυμπίᾳ* O. III, 15. V, 2 N. IV, 75, semper *Ὀλυμπιάς Ὀλύμπιος*. Praeterea *ου* pro *ο* reperitur in his vocabulis: *μούναν* P. IX, 27. J. V. 12, alibi *μόνος*; *νοῦσον* P. III, 7. IV, 293, sed *νόσος* P. III, 46. 66. al. *κοῦρον* O. VI, 41. *κοῦροι* O. IX, 56. *κούρα* O. XIII, 65. *κούρας* P. IX, 43. *κούρᾳ* P. IX, 13. *κούραν* P. III, 39. IX, 106. *κοῦραι* P. III, 78. IV, 103. *κούραις* O. II, 23. *δούρατος* P. IV, 38. *δουρί* O. VI, 17. N. IX, 26. *γούνασι* J. II, 26. *οὔρεϊ* J. VI, 32. *οὔρεσι* P. VI, 21. *οὐλόμενος* P. X, 41. *οὐλομέναν* P. IV, 293. fr. 84. 9; non minus recte jam ab Hermanno N. X, 6 *κουλέῳ* in thesi trochaica repositum est. P. IX, 19 vulgo legitur forma Aeolica a Moschopulo oblata *οἰκορίᾶν* pro vulgari *οἰκουριᾶν*; conferas Bergk. ad h. l, qui versu correcto *οἰκούρια* legendum esse opinatur. Praeter *Διώνυσος* O. XIII, 18 fr. 6, 5; 101, 3 etiam semel *Διόνυσος* deprehenditur. Utitur poeta *Συράκοσαι* P. II, 1 *Συρακόσιος* O. I, 23. VI, 18 P. I, 73 et *Συρακοσσᾶν* O. VI, 6. 92. N. I, 2 *Συρακόσσαισι* P. III, 70 sed numquam *Συράκουσαι* et derivatis. Semper usurpatur vox Aeolica *ὄνυμα* numquam *ὄνομα*, inde *ὀνύμαξε* P. II, 44. XI, 16. *ὀνυμάξομαι* P. VII, 5, et fortasse O. IX, 46 cum cod. Par. G. *ὀνύμασθεν* legendum est; itaque etiam P. I, 38 fluctuantibus codicibus inter *ὀνομαστάν* et *ὀνυμασ-*

τάν posterior forma praestat, ita ut ad verbum *ὀνομάζω* una tantum forma *ὠνόμασεν* P. XII, 23 pertineat, quae lectio fortasse non vera est. Denique *οι* quod ex antiquo *ον* natum est sequenti littera *τ* in *σ* mutata pro *ου* reperitur in femininis participii praesentis *οισα* et in tertia persona pluralis *οισι* ex more Aeolensium et praeterea in nonnullis nominibus propriis: *Κρέοισα* P. IX, 16 *Μέδοισα* N. X, 4. *Μοῖσα* semper et propterea *Μοισαῖος*, sed *μουσικᾶς* O. I, 15, de qua voce cfr. Boeckh. de metr. P. p. 292. Bergk. ad O. I, 15; sed P. III, 69. *Ἀρέθουσαν* Pind. scripsisse videtur quae forma in omnibus libris extat et apud Syracusanos in usu erat, in quorum nummis *ΑΡΕΘΟΣΑ* scriptum est.

II. De consonantibus.

Pindarus pro *βλέφαρον* Dorum more (Eust. 1534, 63) *γλέφαρον* usurpat, sed uno tantum loco J. VIII, 45 libri in hac scriptura consentiunt, alio N. VIII, 2 nullus *γλέφαρον* exhibet; P. IX, 24 forma Dorica nisi in Par. A. non reperitur, in aliis vulgaris; reliquis locis O. III, 12. P. I, 8. IV, 121. utramque lectionem codices tenent; sed quum optimi libri (Vat. B. Med. C. E. alii) *γλέφαρον* exhibeant neque facile intelligi possit, quomodo librarii formam omnibus notam rara illa permutare potuerint, vocem Doricam ubique praefero. Quod autem P. IV, 172 et fr. 100, 5 *ἑλικοβλεφάρου* legitur, Pindarus hoc euphoniae causa ob litteram *κ* antecedentem scripsisse putandus est.

Forma Dorica *ἐσλός* pro *ἐσθλός* (Gr. C. p. 213) adhibetur; eadem etiam apud Aeolenses Alcaeum et Sappho in usu erat; cfr. Ahr. D. A. p. 74. In libris Pindaricis formae *ἐσλός* et *ἐσθλός* in Olympicis quippe quae plus corrigerentur et exitio exposita essent quam reliqua carmina et P. I, 84 promiscue reperiuntur; attamen plurimi iique optimi ubique formam Doricam offerunt, sed omnibus aliis Pythiorum locis (III, 66. 81. IV, 175. VIII, 73. IX, 89. X, 69) ubique excepto cod. Urb. A. et bis Ab. Fl. *ἐσλός* extat, in Nemeis et Isthmiis semper *ἐσλός* occurrit; ter O. II, 19. P. III, 66. N. IV, 95 syllaba penultima corripitur. Pro *αὖθις* Homerum et Dores secutus *αὖτις* usurpasse poeta videtur; cfr. Boeckh. ad O. I, 66; *αὖτις* N. IV, 70.

VIII, 44. J. I, 39 in omnibus codicibus legitur, P. IX, 104 in optimis (αὖθις exhibent Par. A. D. Ven. D. F. Caes. D.), O. I, 66. P. IV, 273 utrinque boni testes adsunt et semel tantum N. III, 56 omnes αὖθις exhibent. Bis pro τότε forma Dorica τόκα legitur O. VI, 66. N. VI, 10. Pro δέχεσθαι Boeckhius nott. crit. O. XIII, 98 Pindarum δέκεσθαι dixisse censet; codices enim fluctuant; deinde ὄκχος (cfr. Eust. 1577, 45) O. VI, 24 et ὀκχέοντι O. II, 67 pro ὄχος et ὀχέοντι occurrunt. Quum poeta plura nova vocabula cum voce βροτος composita formaret, ex analogia Homerici ἄμβροτος, quod apud ipsum N. X, 7. J. VIII, 30 legitur, ante βρότος litteram μ euphoniae causa inserere solet: ἀλεξίμβροτος P. V, 91. N. VIII, 30. δαμασίμβροτος O. VII, 79. ἐναρίμβροτος P. VI, 30. J. VIII, 53. μελησίμβροτος P. IV, 15. ὀπιθόμβροτος P. I, 92. πλειστόμβροτος O. VI, 69. φαυσίμβροτος O. VII, 39. Usurpat non vocem vulgarem σκήπτω sed σκίμπω: σκίμψατο P. IV, 224. ἐνέσκιμψεν P. III, 58. ἀπεσκίμφθαι O. VI, 101, sic etiam praeter ἀπάλαμος O. I, 59 metri causa formam ἀπάλαμνος O. II, 57, praeter δίδυμος quod saepissime deprehenditur bis δίδυμνος O. III, 35. XIII, 21, quae forma ab Hermanno metro jubente reposita est; denique huc pertinet νώνυμνος O. X, 51.

Littera σ ut apud epicos geminatur in dativis tertiae declinationis, nonnullis futuris et aoristis et in his vocabulis: ὅσσος O. IX, 93. P. III, 47. al., sed ὅσος O. II, 75. J. II, 35 al. ὀπίσσω N. III, 62. τόσσον N. IV, 5. τοσσάδε O. I, 115. μέσσος P. IV, 224. IX, 119. N. IV, 37 rell., sed μέσος P. XI, 52. N. V, 23. Littera τ extat nonnumquam in aoristo verbi πίπτειν: πετοῖσαι O. VII, 69. πετόντεσσι P. V, 50. ἔμπετες P. VIII, 81. κάπετον pro κατέπεσον O. VIII, 38. Promiscue leguntur ἔμπας P. IV, 86. 237. ἔμπαν P. V, 55. N. VI, 4. X, 82. XI, 44. ἔμπα N. IV, 36, quorum unum ἔμπας ortum est ex ἐν πᾶσι, alterum ἔμπαν ex ἐν (i. e. Aeolice pro ἐς) πᾶν, tertium ἔμπα ex ἔμπας littera σ abjecta; conferas quae dicit Bergkius ad N. X, 82. Modo ματεύω modo μαστεύω obviam est, vulgo μόρσιμος, sed semel μόριμος O. II, 38 (cfr. Il. υ. 302. Aesch. Choeph. 361) et bis metri causa (Jo. Diac. ad Hes. Sc. 154) θαυματός pro θαυμαστός O. I, 28. P. X, 30. Littera σ ablata est in voce ὦτε (Dorice, cfr. schol. N. VI, 45) O. X, 86. N. VI, 28. VII, 62.

93; eadem vulgo legitur P. X, 54. N. VII, 71 quamquam codices non favent. O. X, 35. N. VII, 101 metrum formam ὄπιθεν postulat, unde ὀπιθόμβροτος descendit.

Pindarus dicit Φήρ pro θήρ Aeolice (Eust. 101, 46), ubi de centauro sermo est: P. III, 4. IV, 119. fr. 147 perinde atque Hom Il. α, 268. β, 143; usurpat Φερσεφόνα ut P. XII, 2. N. I, 14 paene omnes, O. XIV, 19 plurimi optimique libri testantur; itaque Boeckhius recte J. VIII, 55 eandem formam, quae etiam apud Sim. fr. 127, 4 Bgk. reperitur, reposuit, quamquam codices Περσεφόνα praebent.

Littera δ quae ante μ vulgo in σ abire solet, id negligit in participio κεκαδμένον O. I, 27 et in forma Dorica τεθμός pro θεσμός quae Pindaro propria esse videtur; ita ὀδμά fr. 106, 6 et δυθμαῖσι quod ex optimis codicibus Vat. B. Med. B. J. IV, 65 Mommsenius et Bergkius receperunt.

Metri causa transpositae sunt litterae in voce κραδία pro καρδία N. I, 54. XI, 10; pro καρτερός quod saepe legitur P. IV, 71 XI, 18. J. V, 31 κρατερός extat, quae vox a poetis epicis tantum et bis ab Aesch. Eum. 338 Prom. 167 adhibetur. Reperitur porro καρταίπους O. XIII, 81 (cfr. epigr. Hom. 10 κραταίπους) et forma epica καρτύνειν O. XIII, 95; καρτεροβρόντας fr. 132, 2 et καρτεραίχμας J. V, 38 nisi apud Pindarum non cernuntur.

Aptissime hoc loco quaestionem

III. De digammatis usu

in Pindari carminibus adjungemus. Quemadmodum haec littera diu apud Aeoles in usu erat ut inde nomen litterae Aeolicae acciperet sic in lingua Dorica non minus retenta et vel post Pindari aetatem adhibita est (cfr. Ahr. D. D. p. 396); etiam in dialecto Boeotorum in quorum inscriptionibus saepissime scripta invenitur servata est et paene diutius duravit quam apud Dores (cfr. Ahr. D. A. p. 39. 40. 170. 217). Itaque jam propterea etiam Pindarum ejus usum agnovisse eamque scripsisse suspicari possumus. Atque grammatici quidem hanc litteram in Alcmanis carminibus adhibuerunt et apud Alcaeum et Sappho eam scriptam esse Apollonius Dyscolus testatur qui ex eorum carminibus plures formas digammate instructas affert:

cfr. Alc. fr. 11 *ἄτερ Fέθεν*, Sapph. fr. 111 *φαίνεται Foῖ κῆνος*, fr. 117 *τὸν Fὸν παῖδα*; quod autem digamma non ubique traditur, certe librariis, qui id oblitterabant, debetur. In Pindari codicibus et scholiis nullum digammatis exemplum reperitur, sed poetam id scripsisse verisimile est quum plures loci deprehendantur, quibus haec littera non evanuit sed depravata est; O. IV, 9 enim in omnibus fere libris bonis *χαρίτων θ'ἕκατι* legitur, ubi *θ'* prorsus inutile est, ut scholiastes qui litteram *θ'* in textu inveniebat dicat: *ὁ δέ τε σύνδεσμος περιττός*; satis igitur elucet *θ'* ex *F* ortum esse, cui propius accedit *γ'* quod ab Ambr. A. traditur, sed neque haec particula sensui apta est. Eodem modo *θ'* ex digammate natum esse videtur J. VIII, 17; nam quum ab omnibus codicibus *Ἀσωπίδων θ' ὁπλότατοι* offeratur, quamquam littera *θ'* in sensum peccat, origo ejus digammate pristino facillime explicatur; conferas Bergk. ad h. l. Etiam J. V, 2 ubi *σέο γ' ἕκατι* in libris legitur, certe *Γ* ex *F* ortum est; cfr. O. VI, 68. Itaque hinc Pindarum ubicumque digamma consonantis vice fungitur, id scripsisse colligi oportet et hanc litteram posteriore tempore quum ubique evanescere coepit sed certe ante Alexandrinorum criticorum aetatem, quos eam ignorasse in carminibus scholia testantur, omissam esse; itaque postea grammatici et librarii insertis particulis *δέ τέ*, adjecto *N* paragogico aliisque modis hiatum saepe sustulisse videntur.

Omnia fere vocabula quae apud Pindarum digammate utuntur, etiam in carminibus Homericis eo instructa erant; sed veluti jam in Iliade et Odyssea usus ejus non prorsus constans et certus est, ita eadem fere conditio digammatis apud Pindarum cernitur, quum plures voces id nunc assumant nunc omittant ut numerorum leges secum ferebant. Sed nusquam fere ad producendas syllabas breves in consonam exeuntes digamma initiale quidquam valet; jam etsi apud Homerum pronomen *οἷ* et voces ad stirpem *Fιδ* pertinentes vere (i. e. in thesi) positionem efficiunt, digamma stirpis *Fιδ* hanc vim apud Pindarum non habet; vocis *οἷ* ejusmodi exemplum non extat. Semel J. VI, 42 (*τοιοῦτον ἔπος*) in arsi dactylica ultima syllaba vocis *τοιοῦτον* digammatis vi producta esse videtur: optimorum librorum Vat. B. Med. B. scriptura *τοιοῦτόν τι ἔπος* metro

adversatur, alii perperam *τοιοῦτόν τ' ἔπος* exhibent quamobrem Hermannus Boeckhius *τοιοῦτόν γ'* scribi jubent. Ubi vocalis finalis antecedit digammati, hoc vim hiatum cavendi habet, quod autem nequaquam impedit, quin vocalis praecedens elisione abjiciatur. Sed jam singulas voces accuratius spectemus iis quibus consona finalis antecedit exemplis praetermissis.

Initium capiamus a tertiae personae pronomine, in quo digamma firmius fuit neque umquam neglectum est, nam unicus locus O. I, 57, ubi *οἷ* vocalem non sequitur, syllaba longa antecedente non officit; neque tertia persona verbi vel dativus plur. *ν* paragogicum assumunt velut aut omnes aut meliores libri singulis locis testantur, neque *οὐ* litteram *χ* praebet. Duo loci N. X, 15. J. VIII, 33 male traditi sunt et quidem J. VIII, 33 *οἷ* non in libris reperitur sed a Boeckhio tantum inductum est. Acc. *ἕ* O. IX, 14 post *αἰνήσαις* occurit ut digammatis usui nihil obstet, N. VII, 25 in initio versus legitur, P. XII, 12 loco depravato Mommsenius *εἰναλίᾳ Fέ* scribit. Pronomen possessivum *ὅς* non minus digammatis indicium offert: *παῖδα ὅν* P. VI, 36. *περὶ ᾧ* J. IV, 36. Non mirum quod in hoc pronomine etiam Pindarus digammi tenacissimus fuit, quoniam antiquitus hae formae a duabus consonis *σF* incipiebant; nam eadem radix in *σφός* servata est littera *σ* retenta et digammate in *φ* mutato, quum in pronomine num. sing. *σ* abjici soleret. Nihilominus semel Pindarus in pronomine *ὅς* digamma neglexit: *καὶ ὃν πατέρα* O. II, 86 particula *καί* correpta.

Οἶδα et derivatae voces bene hanc litteram servaverunt: *εὖ οἶδ'* N. IV, 43. *πολλὰ εἰδώς* O. II, 86. *πάντα ἴσαντι* P. III, 29. *καταμάρψαι ἴστε* J. IV, 35, quam scripturam scholia tuentur quum omnes libri *καταμάρψαισ'* offerant; numquam vocalis ante hoc verbum eliditur, duo autem exempla digammi omissi: *οὐκ εἰδότες* N. VI, 6. *οὐκ εἰδυῖα* fr. 163 non magni ponderis sunt, quod a librariis vel grammaticis ejus vim ignorantibus *κ* ad hiatum evitandum adjectum esse puto. Etiam adjectivum ad eandem stirpem pertinens vestigium hujus litterae reliquit: *τε ἴδριν* O. I, 104.

Aoristi *εἶδον* formae ab *ει* incipientes numquam post vocales conspiciuntur; eae autem quae *ι* in fronte habent aliquoties digamma servaverunt: *ἐπεὶ ἴδον* P. V, 84. *τε ἰδών*

O. IX, 62. ἐρασίμολπε ἰδοῖσα O. XIV, 14, sed etiam elisio certissima est: οὔτ' ἰδεῖν O. VI, 53. ὄφρ' ἰδοῖσ' O. XII, 20. Ex vocibus ad hanc stirpem spectantibus digamma retinent εἶδος: κατὰ εἶδος O. VIII, 19 et εἴδομαι: ἀνέρι εἰδομένῳ P. IV, 21.

Digammatis tenacissimum est verbum ἁνδάνειν, quod antiquitus a duabus litteris consonantibus σF incepisse videtur (cfr. „suavis" Lat.); loci autem sunt hi: εἴη ἁνδάνειν P. I, 29. μάλα ἁδόντι P. VI, 51. Ἄρει ἅδον J. IV, 15. τε ἅδον J. VIII, 18 jubente metro quum libri ad unum omnes τ' elisa littera ε exhibeant; sed neque hoc verbum positionem efficit: cfr. P. IV, 264. IX, 108.

Ἔργον et similes voces quae apud Homerum digamma satis firme tenent plura certa exempla praebent: οὔτε ἔργον P. IV, 104. μέγα ἔργον N. X, 64. μεγάλα ἔργα N. III, 64. καλὰ ἔργα P. VII, 19. ἀντὶ ἔργων P. II, 17. τρία ἔργα O. XIII, 37. γλυκεῖα ἔργῳ N. VII, 52. — καλὰ ἔρξαις O. X, 92. ἐλινύσοντα ἐργάζεσθαι N. V, 1 metri causa, quum omnes libri elisionem litterae α indicent; hiatus digammate mitigatus vulgo injecto μ' evitatur, quod tolerari non potest, quum μ in nullo codice deprehendatur.*)

Εἰπεῖν aliquot locis digammatis indicium offert: τόσα εἰπεῖν O. XIII, 68. μέγα εἰπεῖν N. V, 14. μέγα εἰπών N. VI, 27. ἅμα εἰπών J. VI, 55. σάφα εἴπαις O. VIII, 46. εὖ εἴπῃ J. II, 41. Vocalis finalis quater eliditur: O. I, 52. P. VIII, 43. IX, 66. N. VII, 50. Contra saepius elisio occurrit, si substantivum ἔπος sequitur; etiamsi O. XIII, 98 (cfr. Bergk. ad h. l.) P. IV, 29. N. IX, 7 P. II, 81 (schol. Vat. B. Caes. δέ omittunt) fortasse δέ et in ἀθανάτοισιν ἐπέων J. VIII, 45 ν abjici potest tamen haec litterae elisae exempla reperiuntur: οὔτ' ἔπος P. IV, 105. ἄρ' ἔπος P. VI, 37. ἐξαύδασ' ἔπος N. X, 80. (fort. ἐξαύδα?). τοῦτ' ἔπος J. VI, 67. ἔγειρ' ἐπέων O. IX, 47. ἀλλ' ἐπέων N. IX,

*) Nonnullis locis fortasse digamma neglectum librariis debetur, ita ut P. VI, 4 ν paragogico abjecto (deest in cod. Med. B.) ὁπλοτέροισι ἔργον legamus, aliis locis ut O. VI, 3 J. VI, 22. III, 7. fr. 132 δ' omittamus; praeterea pauca elisionis exempla supersunt: τοῦτ' ἔργον P. IV, 29. ἐπ' ἔργοισι P. V, 119. εἴχετ' ἔργον P. IV, 223. — οὐδ' ἐργάτις J. II, 6.

3. Certum est digamma: *τοιοῦτόν τι ἔπος* O. VI, 16. *ἐμοὶ ἔπος* P. II, 66. *εὔξασθαι ἔπος* P. III, 2. *τρία ἔπεα* N. VII, 48. *ἐφάψατο ἔπεσι* O. I, 86; vulgata lectio *ἐφάψατ᾽ ὦν ἔπεσι* in recentioribus tantum libris offertur veteribus omnibus *ὦν* omittentibus. Mommsenius metri causa aut digamma geminatum esse (quod vix crediderim) aut id quod praefert versum dividi censet; etiam Bergkius eum in duos descripsit. Huc accedit *τοι ἐρέω* P. IV, 142. fr. 18, 2.

Οἶκος quod firmissimo digammate in Homeri carminibus utitur, hanc litteram in epiniciis aliquoties retinet: *δὲ οἰκόθεν* P. VIII, 51 *τίνα οἶκον* N. VI, 25, quod fortasse etiam P. VII, 5 restituendum est, quamquam libri *τίνα τ᾽ οἶκον* suppeditant. Vocalis finalis bis N. II, 23. P. I, 72 eliditur. Verbum *οἰκεῖν* ab hac littera abhorret; nam habes: *τὸ δ᾽ οἰκέοντας* P. XI, 64. *ἔμμεναι οἰκεῖν* N. X, 58 diphth. *αι* correpta, *κρημνοῖσιν ᾤκει* P. III, 34, sed ultimum exemplum propter *ν* nihil probat. Recte fortasse P. IV, 6 codd. Pal. C. Urb. A. *χρῆσε οἰκιστῆρα* exhibent.

Ἄναξ et verbum *ἀνάσσω* certissima digammatis vestigia produnt (cfr. Alcm. fr. 42. 82. Bgk.); ita *ὦ ἄνα* P. IX, 44. XII, 3. *σέ τε ἄναξ* P. XI, 62, semel vocalis in fine praecedentis vocis corripitur: *Ἐφιάλτα ἄναξ* P. IV, 89, semel eliditur: *δώδεκ᾽ ἀνάκτων* O. X, 49. Verbum *ἀνάσσω* hiatum efficit O. XIII, 22 *εὐρὺ ἀνάσσων*.

Digammatis vocis *ἐλπίς* indicium tres praebent loci: *παρὰ ἐλπίδα* O. XIII, 82. *ἐπὶ ἐλπίδεσσιν* P. II, 49. *ἀμφικρέμανται ἐλπίδες* J. II, 43; elisio ter admissa est: O. XII, 6. N. I, 32. N. VIII, 45. De verbo *ἔλπομαι* nihil constat; nam tres loci O. I, 109. XIII, 104 N. VII, 20 ejusmodi sunt, ut in quaestione de digammate eorum ratio non habenda sit.

Ἔτος quod in tabulis Heracleensibus digammate instructum est hoc apud Pind. retinet; nam ex tribus quibus vox comparet locis duo litterae vim ostendunt: *γε ἐτέων* O. II, 93. *ἐνάτῳ ἔτεϊ* fr. 110, 2, tertius non obstat; etiam ex numeralis *εἴκοσι* hiatu illicito *ἐπὶ εἴκοσι* N. VI, 58 de digammate concludi potest. *Ἑσπέρα*, quod etiam apud alios digamma exhibet (cfr. Od. *α*, 422. Sapph. fr. 95.) hiatum semel efficit: *δὲ ἑσπέρας* J. VIII, 44, sed elisio extat ante aliam ejusdem stirpis vocem: *ἐν δ᾽ ἕσπερον* O. X, 73. *Ἴδιος* quod in Homeri carminibus

nullum offert digammatis vestigium, in tabulis autem Heracleensibus eo instructum est (cfr. Ahr. D. D. p. 42) O. XIII, 47 hiatum admittit δὲ ἴδιος quae lectio librorum recentiorum metri causa recipienda est. Recte Mommsenius N. V, 32 hiatum illicitum τοῦ δέ ὀργάν qui in omnibus libris deprehenditur ad digamma revocavit; de natura hujus vocis, qua Homerus numquam, Hesiodus semel Op. 304 post consonam: εἴκελος ὀργήν utitur, sane nihil certi dici potest, sed conferas quae Bergkius ad h. l. adnotat.

Digammatis tenacissimum est adjectivum ἴσος, cujus quatuor loci hiatum admittunt nullus autem litteram illam neglectam ostendit: οὔρεϊ ἴσον J. VI, 32. ἐπὶ ἴσα N. VII, 5. ἀποδάσσασθαι ἴσον N. X, 86. πλούτῳ ἴσον N. XI, 19; quod autem in composito βασιλεῦσιν ἰσοδαίμονα N. IV, 84 legitur nullius ponderis est propter ν ἐφελκυστικόν. Perfectum ἔοικα semel digammate instructum est: τά ἐοικότα P. III, 59, aliis locis N. II, 10. III, 19. J. I, 52 vocalis eliditur. Nihil valet ad digamma vocis ἔργμα demonstrandum hiatus ἑκάστῳ ἔργματι J. I, 26 quum saepius post dativos in ᾳ et ῳ exeuntes hiatus Pindaro probatus sit; prorsus eam Bergkius nova versuum distributione evitavit; huc accedit quod tribus aliis locis N. I, 7. IV, 6. J. I, 47 vocalis finalis eliditur. De digammate vocis ἕκατι concludi potest ex O. XIV, 18 σεῦ ἕκατι et J. V, 2 σέο ἕκατι; elisionem reperimus fr. 100, 8. Indicium digammatis initialis vocabuli ἦθος deprehenditur O. XI, 21 διαλλάξαιντο ἦθος. Quum ἴον et composita apud Homerum litterae Aeolicae vestigia reliquerint (cfr. Od δ, 135. ε, 72. Il. λ, 298 al.) eandem agnoscere debemus Bergkii scripturam secuti: παῖδα ἰόπλοκον O. VI, 30. δὲ ἰοπλόκοισι J. VII, 23; nam ἰοπλόκαμος, quod priore loco boni, ulteriore omnes codices tenent, in metrum peccat; lectio autem grammaticorum ut metro subveniant O. VI, 30 ἰοβόστρυχος quam Schmidius etiam altero loco invexit, jam eo nomine laborat, quod talis vox nusquam in litterarum monumentis reperitur; praeterea βόστρυχος cum derivatis a vestustioribus poetis ignorari et apud Euripidem demum legi videtur; reliqua vocabula cum ἴον composita digammatis vim amiserunt: καὶ ἰοπλοκάμων P. I, 1. καὶ ἰοστέφανοι fr. 54, 1.

Ejusdem litterae vi fortasse excusanda est productio καὶ

Ἰωλκόν N. III, 34 utpote in nomine Thessalico (cfr. Boeckh. nott. critt. O. VII, in.), quamobrem Bergkius P. IV, 188 *ἐς δὲ Ἰωλκόν* legendum proposuit, quod duo libri Leid. B. Bodl. C. exhibent, quum alii adversante metro *δ' Ἰωλκόν* suppeditent Schmidius autem *Ἰαωλκόν* conjecerit; ad digamma etiam revocandus est hiatus *δαιτὶ Ἰλιάδα*, quam scripturam optimi codices offerunt. Denique in nonnullis nominibus propriis a vocali *I* inductis nisi digamma attamen aliam consonam in initio positam fuisse haec hiatus exempla docent: *αὐτῷ Ἰολάῳ* O. IX, 98. *καὶ Ἰόλαον* P. IX, 79. *διαφέρει Ἰόλαον* P. XI, 60. *ἢ Ἰολάου* J. I, 16 longa syllaba servata, *τε Ἰάλυσον* O. VII, 78. *ἁλιερκέα Ἰσθμοῦ* J. I, 10. *Ποσειδάωνι Ἰσθμῷ* J. I, 32. *λεξοῦντι Ἰσθμοῦ* fr. 99, 10; posterior autem vox nequaquam ab elisione vel correptione abhorret: cfr. O. VIII, 48. N. IV, 75. V, 37. VI, 59. Hiatum efficit etiam nomen Siculum *τε Ὤανιν* ut Boeckhius scribi jubet. Alia hiatus illiciti exempla non reperiuntur; nam ubi extabant versuum distributione evitantur vel emendatione ut O. V, 16. sublata sunt.

Certissimum digamma cognoscitur etiam in pluribus vocibus cum *α* privativo compositis: *ἄϊσος* i. e. *ἄϝισος* pro *ἄνισος* J. VII, 43, hac forma apud Pindarum tantum usitata, *ἀελπτίᾳ* P. XII, 31 (cfr. Simon. fr. 56), *ἄϊδρις* P. II, 37, *ἀϊδροδίκας* N. I, 63, Pindari propriae. Si vocem *κλαΐς* cujus digamma certum est (cfr. Lat. clavis) mittimus, haec littera conspicue servata est in *αὐάτα* P. II, 38. III, 34; hanc vocem Aeolicam esse testantur schol. P. II, 52 et quum prima syllaba utroque loco brevis sit, elucet *υ* pro *F* positum consonantis vice fungi id quod etiam omnes veteres ostendunt libri spiritum supra *α* collocantes.

Denique digammate explicandum est verbum *αὐερύω* quod vulgo O. XIII, 81 legitur et jam apud Hom. Il. *α*, 459. *θ*, 825. *μ*, 261 reperitur; quum enim *ἐρύω* a littera Aeolica inciperet, ex praepositione *ἀνά* et *ἐρύω* fit *ἀναϜερύω*, *α* absciso *ἀνϜερύω* *ν* assimulato *ἀϜϜερύω*; duplex digamma tum quum simplex littera ubique evanescebat, in *υ* transiit; prorsus simile exemplum est *καυάξαις* Hes. Op. 666. 693; sed quum numeri postulent, ut *αὐε* unam expleat syllabam, hic pro longa syllaba diphthongo *αυ* ante vocalem *ε* correpta duae breves a poeta

substitutae sunt. Plurimi libri sane ἀναρύῃ exhibent, quod verbum vetera lexica pro αὐερύειν usurpatum esse dicunt (cfr. Momms. ann. crit. ad h. l.), lectionem αὐερύῃ etiam scholia vetera tuentur.

IV. De hiatu.

Pindarus hac epicorum poetarum dictionis licentia parce utitur neque ullum quod excusatione careat exemplum admittit. Hiatus illicitus ubi vocalis alteram vocalem brevem excipit non deprehenditur nisi ubi secunda vox a digammate i. e. littera consona incipiebat, ut nullus sit hiatus verus. Sed aliquoties longa syllaba ante sequentem vocalem servatur, attamen longe plurima exempla ad arsin pertinent, et quidem ad dactylicam haec referenda sunt: γλώσσᾳ ἀκόνας O. VI, 82. Σωκλείδα ὅς N. VI, 21. Ἀγησιμάχῳ υἱέων ib. 22. Ἡροδότῳ ἔπορεν J. I, 61. ἢ ὅτε J. VII, 10. ἀοιδαὶ ἔλιπον J. VIII, 56, fortasse etiam υἱῷ ἐπιτελλόμενος P. I, 70, ad trochaicam: Ὀρθωσίᾳ ἔγραψεν O. III, 30. σκοποῦ ἄγχιστα N. IX, 55. Ἰολάου ἐναρμόξαι J. I, 16. Jam vero vix recte Mommsenius ann. crit. p. 166. omnem hiatum ex Pindari carminibus tollere instituit; censet enim omnia exempla excepto uno ἀοιδαὶ ἔλιπον, ubi γ᾽ inserere mavult, ad elisionem non ad arsis licentiam revocanda esse; etiamsi fortasse Σωκλείδα᾽ σκοποῖ᾽, Ἰολάοι᾽ eliso ο et ἢ pro ἠέ scribi possit, tamen admodum suspecta est elisio litterae ι dativorum in ᾳ et ῳ exeuntium, ut α᾽ et ω᾽ relinquatur, nam nescio quomodo tum correptio earundem clausularum explicanda sit, velut: Ὀλυμπίᾳ ὅν σφι O. VIII, 83. ἀβουλίᾳ ὕστατος O. X, 41. ἐν Πίσᾳ ἔλσαις ib. 43, cfr. O. XIII, 30. 101. P. IV, 21. N. VIII, 18. J. I, 8. 11. al. Itaque poetam ab Homero qui saepissime in arsi dactylica longam retinet vocalem hanc licentiam recepisse atque etiam trochaico generi vindicasse puto. Plurimum autem id hiatus genus occurrit, quo longa syllaba in thesi corripitur, sed correptio in iis tantum rhythmis reperitur in quibus duae se excipiunt syllabae breves imprimis igitur in thesi dactylica, quamobrem eam numquam in thesi trochaica deprehendimus et recte a Boeckhio P. VIII, 96 pro ἄνθρωποι ἀλλ᾽ sing. num. ἄνθρωπος restitutus est; itaque Mommsenium verum non assecutum esse arbitror, qui hoc loco denuo et O. XIV, 15 recen-

tem hiatum invexit; in altera dipodiae thesi i. e. in fine epitriti ubi pausa quaedam intercedit longa vocalis servatur semel: Καστορείῳ ἢ J. I, 16. Sed omnes hos locos quibus longa vocalis corripitur enumerare longum est; satis habeo memoravisse semel quantum scio vel in arsi soluta vocalem longam corripi ἢ ἑτέρῳ P. XI, 24.

V. De crasi.

Nullum ejus exemplum in Nemeis occurrit, plurima in Pyth., velut P. IX κἀνθρώποις 40. χὠπόσαι 46. χὤτι 48. χὠπόθεν 48. χὠπόταν P. II, 87. χὤταν 88. κοὔ P. IV, 151. κἀγαθῷ P. VIII, 100. Praeterea reperiuntur κἀσόφοις O. III, 45. κἀγοραί O. XII, 5. κεἰ O. XIV, 6 (ex Bergkii conjectura) fr. 172. κἠν J. IV, 25. τοὔνεκα O. I, 65. τὠὐτοῦ O. XIII, 38. τὠὐτ' O. I, 45. τὠργείου J. II, 9 pro τοῦ ἀργείου. Sed recte Boeckhius O. III, 31. X, 30. 41 al. crasin κἀκεῖνος sustulit velut etiam in Homeri carminibus eadem crasis deleta est; nam semel tantum O. II, 99 metri causa ἐκεῖνος scribitur; denique interjectio ὦ conjuncta cum voce quae a vocali incipit crasin efficit, qualem habemus bis in Isthm. ὦ 'πολλωνιάς I, 6. ὦ 'νασσα V, 6. ὤνασσ' fr. 188, 1 et Bergkius recepit ex optimis libris: ὦναξ P. VIII, 67. ὦ 'ριστόμενες ib. 80. ὦ 'ρκεσίλα P. IV, 250.

VI. De elisione.

De elisione litterae α nihil fere monendum est nisi quod nonnumquam prima perfecti persona elisa occurrit: οἶδα N. IV, 44. ἐπιλέλαθα O. X, 3. πέποιθα N. VII, 65. et praeterea εἶπα N. IX, 33. Diphthongus αι eliditur: a) in prima persona passivi: μέμφομ' αἶσαν P. XI, 53. ψεύσομ' ἀμφί O. XIII, 52. b) in tertia persona: νίσοντ' ἐπ' O. III, 10. κυλίνδοντ' ἐλπίδες O. XII, 6. ἕψοντ' Ἐριτίμῳ O. XIII, 42. ἕσπητ' ἀγλαόν O. VIII, 11. ἀφίσταντ' εἰ P. IV, 145. αἰδέοντ' ἀμφανδόν P. IX, 41. ἔρχοντ' ἐλπίδες N. I, 32. νέοντ' ἄνευ N. IV, 77. ἀμφέροντ' ἀλλασσόμεναι N. XI, 38. πάλλοντ' αἰετοί N. V, 21. ἅπτονθ' Ἡρακλείαις J. IV, 12. βάλλετ' ἄγκυραν J. VI, 13. τέτμηνθ' ἑκατόμπεδοι J. VI, 22. c) in infinitivis: ἀποθέσθ' ἄπορον O. X, 40. ἀμεύσασθ' ἀντίους P. I, 45. πράξασθ' εὐμαρές P. III, 115. ὑποκουρίζεσθ' ἀοιδαῖς

P. III, 19. *πείθεσθ᾽ ἀναξίαις* N. VIII, 10. *γενέσθ᾽ Ὅμηρον* N. VII, 21. *ἀναγήσασθ᾽ ὅσσαν* N. X, 19. *ἀναγήσασθ᾽ ἀρετάς* J. VI, 56.

Vocalis *ι* elisionem patitur in prima persona sing: *ἀφίημ᾽ ἀγρούς* P. IV, 149. *παρδίδωμ᾽εἰ* N. X, 83. *εἰμ᾽ ὥστε* N. V, 1. *καλύψαιμ᾽* N. VIII, 38.; in tertia sing. in formulis *οὐκ ἔσθ᾽ ὅπως* fr. 39. *ἔσθ᾽ ὅτε* fr. 161, 2; in tertiae personae plur. terminatione Dorica: *ἀγαπάζοντ᾽ αὐτίκα* P. IV, 241. *μένοντ᾽ ἐπί* N. III, 4. *κατέχοντ᾽ ἀγαθαί* O. VII, 10. *ἀείδοντ᾽ ἐν* fr. 109, 5. *πέλοντ᾽ ἐν* O. VI, 100; in imperativo: *κλῦθ᾽ Ἀλαλά* fr. 56. Unum elisae litterae *ι* in dativo plur. tertiae decl. exemplum legitur P. I, 92 *κέρδεσσ᾽ ὀπιθόμβροτον*, quod suppeditant codd. Bodl. *γ* Leid. B; bonos libros hoc loco sequi non possumus quod tum metrum laborat; sed quum nullo loco elisio hujus litterae in dativo sing. certa sit, neque O. VIII, 52 *δειράδ᾽* pro dativo habere neque O. IX, 112 contra omnium codicum lectionem *δαιτί δαίθ᾽* ferre possumus; optimi libri *ἐν δαιτί Ἰλιάδα* offerunt; *ι* eliditur etiam in praepositionibus *ποτί* (semel O. VII, 90) et *περί* (aliquoties in carminibus Aeolicis).

O eliditur in pronomine *τοῦτο* O. VI, 57 al. *κεῖνο* P. IX, 68, in adverbio *δεῦρο* O. VIII, 51. N. XI, 35, in numerali *δύο* O. VI, 101. IX, 86, in tertia persona passivi, in secunda pers. optat. pass. *γένοι᾽ οἷος*. P. II, 70 et in genitivo sing. secundae decl. in *οιο* desinente.

VII. De synizesi.

Saepissime apud Pindarum id synizesis genus reperitur, ut mediis in vocabulis duae vocales ita pronuntiandae sint ut unam efficiant syllabam. Ita synizesis saepius adhibetur in iis casibus in quibus vocalem *ε* terminatio longa vocali vel diphthongo praedita excipit: *τειχέων* O. VI, 99. *ἀγγέων* N. X, 36. *υἱέων* J. VIII, 25. *πενθέων* N. X, 77. *γονέων* P. VI, 27. *ἀλσέων* fr. 78, 3. *Ἀλφεοῦ* O. IX, 18. *ἀδελφεοῖσιν* J. VIII, 35. *ἀδελφεάν* N. VII, 4. *κουλεῷ* N. X, 6. *τεάν* N. IV, 78. *τεαῖσι* J. VII, 50. *Νεμέα* N. IV, 75. *Πυθέα* J. VI, 58. *νέαις* P. XI, 25. *βασίλεα* N. I, 39 pro *βασίλεια*, nisi forte *βασίλη* praeferendum est (cfr. Bergk. ad h. l.), mira est synizesis in voce *γεννύων* P. IV, 225 (cfr. Buttm. gr. gr. I, p. 110); aliquoties per unam syllabam legitur *θεός* quae vox P. I, 56 brevis est ita ut una

vocalis porsus evanescat: θεοῖσι O. I, 39. θεῶν XIII, 83. θεῷ N. X, 31. Adjectiva in εος exeuntia numquam contractionem sed ubi numeri postulant synizesin patiuntur: χρυσέας O. XI, 13. χρυσέῳ P. IX, 6. χρυσέων P. XI, 4. χρυσέοις N. X, 88. χρυσέαις O. VII, 34. P. III, 94 χρυσέας O. VI, 1. χαλκέοις P. IX, 20. N. I, 51. X, 14. O. IV, 24. φοινικέοισιν J. IV, 18. πορφυρέοις N. XI, 28. ἀργυρέῳ O. IX, 32. Non ad terminationem pertinent haec synizesis exempla: νεαρόν P. X, 25. N. VIII, 20. φαεννόν O. VII, 67. Κτέατον O. X, 27. πολυκτέανον ib. 36. ἀέκονθ' ib. 29. Κλεόδαμον O. XIV, 20. Λαομεδοντιᾶν J. VI, 29. προπρεῶνα N. VII, 86. ἐπηετανόν N. VI, 10. (eadem mensura Hes. Op. 605). ἀωσφόρος J. IV, 24 (ita libri, sed Bergkius ἀοσφόρος restituendum esse docet). ἀοιδαῖς N. XI, 18. θεόμοροι O. III, 10. νεομηνίᾳ N. IV, 35. Ὠαρίωνα N. II, 12, sed sine synezesi Ὠαριωνείαν J. IV, 49, haec nominis forma Pindari propria est. fr. 148, 2 δυώδεκ' duas explet syllabas et sic synizesis adhibita est in composito δυωδεκάμηνον N. XI, 10. Ad eandem spectant: τετραορίας O. II, 5. τετράορον P. X, 65. τετραοριᾶν J. III, 17. (contra τετραόροισιν N. VII, 93 α correpto, τετραορίας P. II, 4. N. IV, 28 α producto). χρυσάορα P. V, 104. τιμάορος O. IX, 84. Pauca addenda sunt de adjectivis in αεις et οεις exeuntibus; quorum contractionem quae apud Atticos vulgaris est in Pindari carminibus non statuendam sed synizesin adhibendam veri simile est: et quidem ποιάεντα N. V, 54. ἀργινόεντι P. IV, 8. in omnibus φωνάεντα O. II, 85 in plurimis optimisque codicibus legitur. item nomen propr. Ὀπόεντος O. IX, 58; O. IX, 72 praebet optimus Ambr. A. ἀλκάεντας (alii ἀλκᾶντας) quae scriptura hoc loco et P. V, 71 recipienda est, atque ex horum analogia etiam J. IV, 66 κνισάεντι, O. XIII, 69 ἀργάεντα scribendum puto; formae contractae fortasse librariis debentur; nam vix Pindarum modo formam solutam modo contractam adhibuisse crediderim. Synizesis etiam octies in voce ἄεθλος admissa est; ubi enim ea duas efficit syllabas, formae contractae quominus cum Boeckhio legantur, libri scripti recusant, qui N. IX, 9. X, 32. XI, 23. J. III, 9. VI, 48 ad unum omnes formam solutam exhibent; reliquis locis O. III, 15. IX, 108. P. I, 99 omnes boni codices eandem lectionem tenent; codicibus juvatur etiam πενταέθλῳ O. XIII, 30. ἀεθλοφόροις O. VII,

7 et ideo etiam J. VI, 72 ἀεθλητάισι scribemus. Difficilior res est in voce ἀέλιος quae octies trium syllabarum spatium explet; omnes J. V, 1 et O. I, 5 exceptis Urb. A. Aug. B. et aliquot recentioribus ἀελίου suppeditant, ter autem in nullo libro solutae vocales deprehenduntur sed ubique ἁλίῳ (O. XIII, 37. N. IV, 13. VII, 73) atque etiam O. II, 62 partim ἥλιον partim ἅλιον legitur; O. II, 32 in optimis plurimisque ἀελίου (in tribus ἡλίου, aliis ἁλίου); O. III, 24 ἀελίου in Ambr. A. Par. G. Vat. A. Itaque quum quater boni codices synizesis usum in voce ἀέλιος testentur et analogia vocabulorum ἄεθλος et ἀέκων faveat, ubique ἀέλιος scribendum existimo.

Verborum synizesis in prima pers. sing. praes. et in participio verborum contractorum in εω reperitur: θαρσέων O. IX, 109. οἰκέων J. I, 31. VIII, 19. ἐξαρκέων O. V, 24. ὁμιλέων O. XII, 19. κομπέω P. X, 4. αἰτέω P. VIII, 72. XII, 1. N. IX, 30; praeterea πνέον P. IV, 225, ἐφάψεαι O. IX, 12. παραμείβεαι N. III, 27.

Restat etiam aliud synizesis genus cujus pauca tantum monenda sunt exempla: duarum enim vocalium altera in fine prioris altera in initio posterioris extat; quarum quum prior elisione removeri non possit, sic cum sequenti conjungitur ut in unam quasi confundantur, ita ἅτᾳ εἴ τις P. XI, 55. ἢ ὅτ' J. VII, 8. 9 quod omnes manu scripti praebent, quum Bergkius ἤτ' i. e. ἤτοι proponat. O. XIII, 7 ταμίαι ἀνδράσι, ubi Ahrensius (de Crasi et Aph. p. 19), ut synizesin evitet, terminationem αι elidi jubet; sed quia unum tantum diphthongi elisae exemplum Il. λ, 272 ὣς ὀξεῖ' ὀδύναι extat, haec libertas Pindaro vindicari non potest; neque alteram Ahrensii rationem, ut ιαι per unam syllabam accipiamus, probare possum, quum nusquam apud Pindarum ι cum sequenti vocali synizesi obnoxia sit, nam N. VI, 31 non λόγιοι sed λόγοι vera lectio est. Mommsenius omnibus codicibus refragantibus τάμι' dedit (pro τάμια); quum enim neque ταμίαι neque sing. ταμία longa vocali praeditus elisionem patiatur, contendit terminationem vocis ταμία Aeolensium more correptam esse, quae correptio vix accipi potest. Deinde synizesin statuerunt Hermannus et Boeckhius qui O. XIII, 99 δὴ ἀμφοτέρωθεν legunt sed non servandam puto eam N. V, 20, ubi optimi libri Vat. B. Med. B. Aug. C.

nisi *μακρά μοι αὐτόθεν* non continent; denique Bergkius P. VIII, 67 *δὴ εὔχομαι* scribit.

VIII. De diaeresi.

Duae vocales simplices, quae conjunctae vulgo diphthongum efficiunt, imprimis in patronymicis a poeta dissolutae sunt id quod in dialecto Aeolica saepius fieri solebat velut: *Ἀτρεΐδας* P. XI, 31. J. VIII, 31 (ultimo loco libri tenent *Ἀτρεαδ.*), sed *Ἀτρείδαις* O. IX, 70; *Λατοΐδα* P. III, 67. N. IX, 53. *Λατοΐδας* P. IX, 5 sed *Λατοίδας* P. IV, 259. *Λατοίδα* P. I, 12 *Λατοίδαισιν* P. IV, 3; *Αἰγεΐδαι* P. V, 75, sed *Αἰγεῖδαι* J. VII, 15. *Οἰνεΐδαι* J. V, 31. *Πηλεΐδα* P. VI, 23. *Ἀλκαΐδᾶν* O. VI, 68. *Κρηθεΐδας* P. IV, 152. — *Πηνεϊόν* P. X, 56. *Καδμεΐᾶν* J. IV, 53, sed *Καδμείων* P. IV, 86. N. I, 51. VIII, 51. *Καδμεῖοι* N. IV, 21. Huc pertinet etiam *παρθενηΐοις* pro *παρθενείοις* N. VIII, 2 et *Ἀρήϊον* O. II, 42, quod etiam ab Homero usurpatur.

IX. De declinatione prima.

In terminationibus declinationis primae Pindarus fere ubique dialectum Doricam sequitur neque *η* in lingua epica usitatum umquam admittit sed *α* pristinum servavit, quamobrem Mommsenius mihi non probatur, quod uno loco P. V, 67, sed hoc solo, ex quatuor libris contra optimos accus. epicum *εὐνομίην* induxit, quum vix in quinto Pythiorum carmine dialectus epica tam late pateat quam vir cl. censet. Sed priusquam de ipsis agamus terminationibus, monendum est vocem *Πέλλανα* quae vulgo *Πελλήνη* sonat O. VII, 86. XIII, 109 correptam in fine assumpsisse litteram *α*, quae etiam in vocabulo *Νέμεα* O. XIII, 24 et vel in adjectivo *Κύκνεια* O. X, 15 reperitur; ita fortasse O. XIV, 17 *Μινύεια* restituendum est, quod omnes libri excepto Par. G. corr. et Par. E tuentur, quamquam metrum non postulat. Eadem correptio Aeolica deprehenditur N. VII, 70 in vocativo *Εὐξενίδα* et statuenda est in nominativo *Ἀλκιμίδα* N. VI, 62 pro *Ἀλκιμίδας* a libris tradito, quod metro adversatur, et in nom. adjectivorum *βαθυμῆτα* N. III, 53 et *χρυσοχαῖτα* P. II, 16; tres ultimae correptiones in carminibus occurrunt quae ad harmoniam Aeolicam prope accedunt. In vocabulo *ἔπιβδαν* P. IV, 140 quum metrum ultimam correptam

esse doceat, accentus a Bergkio recte in prima syllaba positus est; denique pertinent huc voces cum *τρίαινα* compositae quae omnes pro terminatione *ης* vel *ας* correptionem Aeolicam patiuntur: *Ἀγλαοτρίαιναν* O. I, 40. *Εὐτρίαιναν* O. I, 73. *Ὀρσοτρίαινα* O. VIII, 48. *Ὀρσοτρίαιναν* P. II, 12.

Jam vero flexionem optime paradigmata illustrabunt:

	Sing.	Plur.	Sing.
nom.	*ἀρετά*	*ἀρεταί*	*Κρονίδας*
gen.	*ἀρετᾶς*	*ἀρετᾶν*	*Κρονίδα* (*αο*)
dat.	*ἀρετᾷ*	*ἀρεταῖς* (*σι*)	*Κρονίδᾳ*
acc.	*ἀρετάν*	*ἀρετάς* (*αἰς*)	*Κρονίδαν*
voc.	—	—	*Κρονίδα.*

In genitivo singulari masculinorum *αο**) et *α* in usum veniunt; *αο* quae antiquior terminatio saepe in carminibus Homericis usurpatur et a grammaticis Aeolica dicitur, a Doriensibus in *α* contrahitur quamobrem epicis prorsus ignota est; sed clausula Dorica admodum praevalet. Genitivi pluralis terminatio soluta *άων* prorsus deest, et sola tantum contracta *ᾶν* ubique reperitur, quam genitivi clausulam etiam adjectiva asciscunt, quippe quae vulgo eundem quem masculina accentum teneant, veluti *ἀλλᾶν* O. VI, 25. *ἀμφοτερᾶν* J. I, 6. *ἀκρᾶν* P. V, 7. *ἀμβροσιᾶν* N. VIII, 1. rell. Numquam autem genitivum epicum in *έων* aut vulgarem in *ῶν* desinentem poeta frequentat.

Quum Pindarus litteram *η* ubicumque ex *α* nata est fugiat, jam per se intelligitur numquam dativi plur. terminationem *ησι* epicis usitatam adhiberi, sed *αις* tantum et forma plenior *αισι* restant; jam etsi apud Homerum plena terminatio *ησι* adeo in usu fuit, ut *αις* in tribus tantum vocabulis *ἀκταῖς* Il. *μ*, 284 *θεαῖς* Od. *ε*, 119 et *πάσαις* Od. *χ*, 471 occurrat, Pindarus multo magis breviorem formam frequentat quam auctiorem et antiquiorem, id quod numeri satis illustrabunt; in Olympicis enim carminibus *αις* circiter sexagies quinquies, *αισι* tricies quinquies legitur. Eandem fere rationem poeta etiam in dat. plur. decl. secundae sequitur.

In accusativo plurali non solum vulgarem terminationem

*) *Κρονίδαο* P. IV, 171. *Ἀΐδαο* P. III, 11. *Φιλοκτήταο* P. I, 50. *Πελίαο* P. IV, 250. N. IV, 60. *Τειρεσίαο* J. VII, 8. *αἰχματᾶο* P. IV, 12.

ας sed etiam Aeolicam formationem in αις pariter atque in secunda declinatione in οις Pindarum adhibuisse Bergkius in editione nova ad O. V, 6 ostendit; hi accusativi in αις et οις a poeta imprimis in numeris logaoedicis admissi esse videntur et quum certe saepius a librariis oblitterarentur, iis tantum locis servati sunt ubi pro dativis habebantur; clarum indicium praebet J. I, 24. 25. *οἷά τε χερσὶν ἀκοντίζοντες αἰχμαῖς, καὶ λιθίνοις ὁπότε δίσκοις ἵεν*; nam dativi ferri nequeunt, quum verba *ἀκοντίζειν ἱέναι* cum dativis *αἰχμαῖς δίσκοις* conjungi non possunt, nisi accuratius dicitur scopus quo telum dirigitur; quod quum sentirent nonnulli critici, acc. *αἰχμάς δίσκους* proposuerunt, sed nihil mutandum dummodo accusativos Aeolicos *αἰχμαίς δίσκοις* agnoscas; hujus formae vestigia Bergkius putat fortasse reperiri praeterea O. V, 6. P. X, 60. J. VII, 8 et O. I, 10 ubi libri inter *ἱκομένους* et *ἱκομένοις* fluctuant.

Addam hoc loco nomina quae cum *λαός* composita sunt apud Pindarum Dorum more (cfr. Becker. Ann. p. 1181) ultimam syllabam contrahere et primam sequi declinationem: ita *Μενέλᾳ* N. VII, 28. *Ἀρκεσίλας* P. IV, 65. *Ἀρκεσίλᾳ* ib. 2. P. V, 102. *Ἀρκεσίλαν* N. XI, 11. voc. *Ἀρκεσίλα* P. IV, 250. 298. V, 5. voc. *Πρωτεσίλα* J. I, 58. *Ἰόλᾳ* N. III, 37, etiamsi hoc nomen vulgo formam solutam retinet: *Ἰόλαος* J. V, 31. *Ἰολάου* O. IX, 98. J. I, 16. *Ἰόλαον* P. IX, 79. XI, 60. J. VII, 9.

X. De declinatione secunda.

In declinatione secunda, in qua omnes dialecti haud ita inter se discrepant, neque Pindari carmina multa praebent quae memoratu digna sint; numquam admisit poeta genitivum in ω desinentem severioris Doridis proprium, sed aut genitivum qui dicitur Thessalicum aut vulgarem terminationem usurpat, sed ita ut hic gen. multo plus occurrat, Thessalicus autem circiter quinquagies. Sententiam recentiorum grammaticorum litteram ο hujus genitivi elidi non posse de Pindaro non prorsus veram esse nonnulla elisionis exempla docent. P. XII, 13 omnes libri tradunt *Φόρκοι' ἀμαύρωσεν*, P. I, 39. Par. G. corr. *Δάλοι' ἀνάσσων*, omnes alii boni *Δάλοιο ἀνάσσων* neglecta elisione offerunt, quae metro jubente restitui debet. O. XIII, 35 in Ambr. G. Leid. C. a m. sec. *Θεσσαλοῖ' ἐπ'*, in reliquis bonis *Θεσσαλοῖο ἐπ'*

omissa elisione legitur; itaque fieri non potest quin his tribus locis genitivum Thessalicum abscisa littera *ο* accipiamus. Sed dubium est, num viri docti verum assecuti sint, si his exemplis confisi aliis locis ubi terminatio *ου* ante vocalem sita est genitivum illum contra librorum auctoritatem invehunt, veluti N. IX, 55 *σκοποῖ' ἄγχιστα*, J. I, 16 *Ἰολάοι' ἐναρμόξαι*. Vocativi *φίλος* exemplum certum (cfr. Hes. Sc. 95. Ar. Nub. 1168) extat N. III, 76, qui etiam P. I, 92 ubi libri contra versus legem *ὦ φίλε εὐτραπέλοις* exhibent repositus est, nisi potius Bergkii scriptura *φίλ' ἐὐτραπέλοις* praestat. Dualis aliquoties occurrit, ut *ἀτυζομένω* O. VIII, 39. *ἀμφοῖν* P. III, 17. J. V, 18. *δυοῖν* N. VIII, 48.

Progrediamur ad accusativum pluralem, de quo disputatio vix umquam ad liquidum perduci poterit. Nam eo quo Pindarus floruit tempore ubique O pro *ο ου ω* scriptum esse veteres quae ad illam aetatem pertinent inscriptiones testantur; itaque omnibus locis in Pindari carminibus accusativum pluralem *ΟΣ* fuisse constat neque ex scriptura cognosci potest, num poeta breviorem terminationem *ος* vel vulgarem *ους* vel Doricam *ως* praetulerit. Quum postea autem litterae novae scribendi rationi accommodarentur, ex arbitrio eorum qui hoc susceperant munus pendebat, num hanc vel illam scripturam restituerent, nisi forte certa testimonia relicta erant, quamnam terminationem poeta adhibuisset. Sed facile apparet nonnumquam sive inscientia sive negligentia veterem scripturam intactam relictam esse; ita N. I, 24 ubi metrum longam requirit syllabam *ἐσλός* traditum est et Aristarchus adnotat: *καταλείπεται δὲ τῇ ἀρχαίᾳ σημασίᾳ τὸ ἐσλός· ἡ γὰρ ἀντίστροφος ἀπῄτει τὸ υ*; atque *ἐσλός* hoc loco etiam ab optimis libris servatur, quod Triclinius in *ἐσλούς* mutavit. Jis tribus locis quibus metrum neutri favet scripturae O. I, 53. N. III, 24. X, 62 praeter breviorem terminationem *ος* etiam Dorica *ως* et excepto N. X, 62 *ους* reperitur, sed quum *ος* ubique in optimis libris extet, *ους* et *ως* grammaticis originem debere videntur. His igitur locis cujusque arbitrio permitti censeo quamnam potissimum probet terminationem excepta Dorica quae a Pindaro aliena est. Aliter res se habet O. II, 71. N. III, 29, ubi metro syllaba brevis requiritur, et quidem vulgo N. III, 29 quum scholia ac-

cusativum plur. agnoscant, optimis libris refragantibus qui singularem *ἐσλόν* praebent pluralis praefertur. O. II, 71 omnes boni manu scripti excepto Gott. num. sing. *νᾶσον* suppeditant, interpolati autem et Gott. plur. *νᾶσος*, quorum auctoritatem editores secuti pluralem numerum legi jubent; cfr. p. 7.

Contractionis exemplum reperitur in aliquot codd. Tricl. P. III, 5. *νοῦν*, sed ex reliquis *νόον* exhibentibus elucet hic non contractionem sed synizesin adhibitam esse; reliquis locis *νόος* et *πλόος* semper duas explent syllabas.

XI. De declinatione tertia.

Imprimis vocabula in *ις* exeuntia nonnulla memoratu digna offerunt. A nominibus propriis *Δεῖνις* quod Doricum est pro vulgari *Δεινίας* et *Ψαῦμις* genitivi descendunt *Δείνιος* N. VIII, 16 (qui optimis sustentatur codd. Vat. B. Aug. C. Med. B.) et *Ψαύμιος* O. IV, 10. V, 3; eandem consonam *δ* Pindarus in duobus aliis nominibus propriis omisit: *Πάριος* P. VI, 33 et *Θέτιος* O. IX, 76. J. VIII, 27. 47. Accus. horum vocabulorum nunc in *α*, nunc in *ν* desinit*). Dualis omnino exempla duo sunt: *ποδοῖν* N. IX, 47, numquam forma longior epicis usitata *ποδοῖιν*, *χεροῖν* O. XIII, 95.

Dativi plur. poeta utraque terminatione vulgari in *σι*, longiore in *εσσι* desinente utitur; jam etsi numerus utriusque formationis exemplorum fere idem est, tamen frequentiores sunt dativi terminatione *εσσι* instructi in aliquot carminibus, ut O. VII. XIII. P. II. IV. J. I, sed in Nemeis formae vulgaris usus multo latius patet, quam terminationis *εσσι*. Etiam in singulorum vocabulorum natura causa posita est. Neutra in *ος* exeuntia terminationem breviorem amant et raro longiorem asciscunt, quae semel tantum in forma *ἐλεγχέεσσι* N. III. 15 ε ad

---

*) *Θέτιν* P. III, 92. N. III, 35. V, 25, quae vox flectitur ac si stirps in vocalem *ι* exiret, *Θέμιν* P. XI, 9. fr. 1, 5; 7, 1. (gen. *Θέμιτος* O. XIII, 8, nom. plur *θέμιτες* O. X, 24 sonat) et propterea *ἄθεμιν* P. IV, 109; *ἔριν* N. VIII, 51. *ἔριδα* N. IV, 93; semper *χάριν* (vicies bis), *ὄπιν* P. VIII, 71. J. V, 58, *Ἆλιν* O. I, 78, *ἄναλκιν* O. I, 81, *γλαυκώπιδα* N. VII, 96 *κελαινῶπιν* P. I, 7, *βοῶπιν* P. III, 91, *κάλπιδα* O. VI, 40, *μονοκρήπιδα* P. IV, 75. *χαλκάσπιδα* P. IX, 1. [illegible]

stirpem pertinens retinet, aliis locis autem abjicit*). Dativus adjectivorum in ης desinentium vulgo terminationem σι assumit (ἀλαθέσιν O. VI, 89. τηλαυγέσιν P. II, 6. συγγενέσιν P. IV, 133. εὐτειχέσι J. VI, 75.), bis longiore formatur semel ε servato μεγαλοκευθέεσσιν P. II, 33, semel omisso εὐμενέσσι P. II, 25. Terminatio σι etiam extat in dativis γέννσι N. V, 6 ἥρωσι J. VI, 28. βουσί P. IX, 23. N. X, 60. Ex iis quorum stirps in simplicem litteram dentalem exit vocabulis terminationem vulgarem frequentant neutra in α desinentia exceptis tribus quae utramque formationem ostendunt**), longiorem praeferunt voces in ις et ας***) praeterquam quod duae breviore instructae sunt: Ἀρκάσι O. XIII, 107. φροντίσι O. I, 19 et tres utramque flexionem sequuntur†). Tres denique dativi in σι litteram dentalem stirpis litterae σ assimulant: ποσσί: O, X, 65. N. I, 50. III, 52. VIII, 19, (sed ποσί O. X, 62. XIII, 114. P. VIII, 32. N. III, 81. πόδεσσιν N. X, 63); χάρισσιν N. V, 54. χάρισι J. V, 21. χαρίτεσσι septies; θέμισσιν P. IV, 54. Omnes fere reliquae voces quae in simplicem litteram consonantem desinunt εσσι stirpi adjungunt exceptis his: ἀκτῖσι O. VI, 55. ὠδῖσι P. IX, 85. — ὠδίνεσσι fr. 65, 2. — et ἅλιξιν P. IV, 187. X, 58. — ἁλίκεσσι O. I, 61. — γυναιξί quater; omnes stirpes quae in duas exeunt consonas velut νύξ φόρμιγξ λέων Γίγας et omnia participia praes. longiorem asciscunt terminationem; excipitur πᾶσιν P. IX, 102, unicum hujus adjectivi dativi exemplum. Vocis φρήν J, III, 5 invenimus dat. φρένεσσι, aliis locis terminationem breviorem, in cujus scriptura codices valde fluctuant. Semel P. III, 59 φρεσί, semel J. III, 2 φρασί ubique legitur; sed omnibus aliis locis O. VII, 24. P. II, 26. III,

---

*) βέλεσσι O. IX, 8. ἔντεσσι O. XIII, 20. ἔπεσσι O. XIII, 25. κέρδεσσ' P. I, 92. πελάγεσσι P. IV, 251. χείλεσσι P. IX, 63. τεμένεσσι N. VII, 94.

**) σώμασι N. IX, 23. σωμάτεσσι P. VIII, 82. κύμασι P. IX, 48. κυμάτεσσι fr. 65. παλαίσμασι O. IX, 13. παλαισμάτεσσι P. VIII, 35.

***) νιφάδεσσι O. VII, 34. ἀργυρίδεσσι O. IX, 90. Ἰσθμιάδεσσιν O. XIII, 33. Μαγνητίδεσσιν P. II, 45. Αἰολίδεσσι ib. 69. τριπόδεσσιν J. I, 19. λεβήτεσσι 20. Νηρεΐδεσσι J. VI, 6. διχομηνίδεσσι J. VIII, 44. Νομάδεσσι fr. 82, 3.

†) πραπίσιν O. II, 94. πραπίδεσσιν O. XI, 10. — παισί octies, παίδεσσι P. I, 79. N. IX, 4. J. IV, 36. fr. 64, 2. 95. — ἐλπίσιν P. III, 23. J. VII, 36. ἐλπίδεσσι P. II, 49.

108. IV, 104. 219. N. III, 59 optimi libri praebent φρασί aliis φρεσί exhibentibus; itaque quum etiam Eust. p. 24, 36 dicat τὸ „φρασί“ Δωρικῶς παρὰ Πινδάρῳ, omnibus locis optimos codices secuti φρασί legemus.

Nomina contracta. In neutris in ος exeuntibus gen. sing. εος et plur. εων numquam contrahuntur etiamsi gen. plur. aliquoties synizesin subit, de qua p. 29. Dativus vulgo in ει contrahitur exceptis nonnullis formis quae vocales solutas tenent: Ἄργεϊ O. XIII, 107. N. X, 40. τέγεϊ P. V, 41. πελάγεϊ N. III, 23. ψεύδεϊ O. IV, 17. ἔρνεϊ J. IV, 45. οὔρεϊ J. VI, 32. λέχεϊ P. XI, 24. ἔτεϊ fr. 110, 2. Contractio terminationis εα in nom. et acc. plur. raro admittitur: μέλη O. I, 49. P. III, 48. N. XI, 45. βέλη O. II, 91, sed βέλεα O. XIII, 95. ψεύδη O. XII, 6. ἄστυ gen. sing. format ἄστεος P. V, 56. fr. 53, 3. dat. ἄστει O. IX, 42. J. VI, 69. ἄστεϊ O. XIII, 61. acc. plur. ἄστη N. X, 5.

Nominum propriorum in κλῆς exeuntium non multa exempla carmina suppeditant. Nominativus Ἡρακλέης quinquies, gen. Ἡρακλέος saepe legitur; P. X, 3 terminatio εος synizesin patitur, pro qua Boeckhius Ἡρακλεῦς proponit; Νικοκλέος J. VIII, 62. Ἰφικλέος J. I, 30. Ὀϊκλέος P. VIII, 39; dativus Ἡρακλεῖ P. IX, 87. N. X, 53 et Ἡρακλῆϊ J. V, 37. Καλλικλεῖ N. IV, 80; acc. Ἡρακλέα O. X, 16. Ἰφικλέα P. IX, 88; vocativus non contrahitur Ἡράκλεες N. VII, 86. Μεγάκλεες P. VII, 17. Nom. adjectivi cum κλεης compositi sonat ἀκλεής O. XII, 15. fr. 82, 3; dat. semper εὐκλέϊ O. X, 85. N. II, 34. III, 68 etiamsi boni libri metro adversante omnibus locis εὐκλεεῖ tenent; gen. plur. εὐκλέων J. III, 7. IV, 5; acc. εὐκλέας O. II, 90; acc. sing. ejecta vocali ε εὐκλέα O. VI, 76. P. VIII, 62. IX, 56. ἀγακλέα P. IX, 106 J. I, 34, contractis litteris εα: εὐκλεᾶ P. XII, 24, quum versus lex longam syllabam finalem requirat; N. VI, 29 jubente metro εὐκλεῖα legitur, cum quo comparari potest εὐκλεῖας Jl. κ, 281. Od. φ, 331, κλεῖα Hes. Th. 100, Bergkius etiam hic εὐκλεᾶ mavult.

Reliquorum adjectivorum in ης desinentium gen. sing. numquam contractionem patitur; nam unicum quod extat exemplum ἀφανοῦς fr. 191 suspicione non prorsus liberum est; dativus contractioni obnoxius est exceptis his locis: θρασυμήδεϊ

P. IV, 143. προσανέϊ P. X, 64. δυσπενθέϊ P. XII, 10. ἀτρεκέϊ N. III, 41. ξεναρκέϊ N. IV, 12. ἀτενέϊ N. VII, 88. κελαινεφέϊ fr. 119, 3. Accus. nunc contrahitur nunc formam solutam praebet; J. V, 44. omnes libri tuentur διαπρεπέα, quod per metrum quatuor syllabas explet ideoque synizesi afficitur. Nom. plur. solutus est: ἀλιερκέες P. I, 18. πολυγαθέες P. II, 28. καματώδεες fr. 203, 1. Jam etsi genitivus plur. semper formam solutam retinet et eadem adverbiis derivatis obtingit, tamen semel N. VII, 90 in voce εὐτυχῶς terminatio contrahitur. In tribus nominibus propriis gen. εος metri causa per unam syllabam legendus est; Δεινομένεος P. I, 79 (ευς duo Moschop.). Πολυδεύκεος J. V, 33 (omnes libri). Ἀριστοφάνευς N. III, 20 (— ους Vat. B. Aug. C. Med. B. ευς Par. A. D. Caes D.); itaque libris confisi prioribus locis synizesin, posteriore contractionem in ευς statuamus.

In flexione nominum in εύς exeuntium Pindarus non multum cum Homero consentit, etiamsi in appellativis litteram η pro ε saepe deprehendimus; plerumque in singulis casibus plures promiscue adhibentur formae: Gen. sing. bis terminationem ῆος: Νηρῆος O. II, 29. Εὐρυσθῆος P. IX, 80, vulgo autem Doricam (vel Jonicam) flexionem εος offert. J. VI, 25 gen. Πηλέος synizesin subit. Dativi terminatio ει contrahi solet, duobus tantum solutas vocales deprehendimus: βασιλέϊ J. VIII, 18 Πηλέϊ ib. 38, quod carmen plura diaeresis exempla praebet, et semel βασιλῆϊ P. IV, 2. Acc. sing. aut terminatione εα (Ἀχιλλέα O. II, 79. Πηλέα N. V, 26. βασιλέα P. IV, 32.) aut ῆα (βασιλῆα O. I, 23. XIII, 21. N. VII, 82) formatur aut contrahitur: Ὀδυσσῆ N. VIII, 26. Ἀλκυονῆ N. IV, 27. J. VI, 33. In nominativo plur., qui appellativis tantummodo obtingit, duae terminationes in usu sunt: ῆες (βασιλῆες O. IX, 56. N. IV, 67. fr. 110, 4. ἀριστῆες P. IX, 107) et έες: βασιλέες P. V, 97, quamobrem Δωριεῖς P. I, 65 suspectum et fortasse recte mutatum est. Gen. plur. raro deprehenditur et semper terminationem έων exhibet, acc. plur. duo exempla βασιλῆας P. III, 94 ἀριστέας J. VIII, 55 leguntur.

Vocabulorum[1] in ώ et ώς exeuntium singularis tantummodo numerus invenitur; quae quum in omnibus dialectis vulgo contractione afficiantur, eadem norma etiam a Pindaro obser-

vata est: gen. semper *οῦς* sonat*), dat. *οῖ***) acc. *ω****), voc. *οῖ*: *Ἀχοῖ* O. XIV, 19. *Λατοῖ* fr. 94. N. VI, 52 ubi codd. *Ἀοῦς* exhibent metro jubente a Schmidio recte forma soluta *Ἀόος* reposita est. J. VII, 51 traditum est *Πυθοῖ*, sed quum metrum laboret, ab Hermanno et Boeckhio *Πύθιον* scriptum est; non prorsus recte; nam Choerobosc. in Beckeri Anecd. p. 1202 hoc loco *Πυθόϊ* legendum esse testatur.

In flexione vocabulorum in *ις* desinentium Pindarus Dores quibuscum Jones paene consentiunt sequitur et litteram *ι* ubique fere retinet; itaque gen. sing. in *ιος* exit,†) dativi duo tantum exempla occurrunt: *πόλει* P. XII, 26 et *ἀκροπόλει* O. VII, 49; priore loco optimi codices *πόλιν* suppeditant, quod Bergkii conjecturam *πόλι* valde commendat, imprimis quum littera *ν* in cod. Vat. B. insolita utatur figura, ita ut postea addita esse videatur. Acc. sing. terminatio est *ιν*, nom. plur. *ιες*,††) gen. *ίων*. In dat. plur. P. VII, 9 metrum postulat *πολίεσι* quod unus tantum cod. Tricl. certe testatur, in melioribus extat *πολίεσσι* quod fr. 19 reperitur et magis in antiquae Doridis formas quadrat; ita *μητίεσσι* O. I, 9. Acc. plur. in *ιας* bis extat: *ὄφιας* N. I, 45. *τέρψιας* P. IX, 19. Forma contracta acc. plur. *ις* pro *ιας* fortasse Pindaro abjudicanda est; nam P. III, 112 ubi *φάτις* extat, vitium contraxisse videtur, O. X, 13 ex optimis libris sing. num. *πόλιν* praeferendus est. O. I, 28 denique, loco satis impedito, quo omnes veteres codices *φάτις* exhibent, cum Mommsenio clausulam acc. *ις* correptam, quae exemplis demonstrari non potest, vix accipere debemus; conferas Bergkium ad h. l., qui loco correcto *φάτις* pro *φάτιες* legendum censet.

---

*) *Ἀργοῦς* P. IV, 25. 185. *Χαρικλοῦς* P. IV, 103. *Τυροῦς* ib. 136. *Πειθοῦς* ib. 219. IX, 39. *Κλεοῦς* N. III, 83. *Λατοῦς* O. III, 26. al. *Ἀοῦς* O. II, 83.

**) *Ἀργοῖ* O. XIII, 54. *Πυθοῖ* O. VII, 10. XIII, 37. P. XI, 49. *Ἰνοῖ* O. II, 30.

***) *Λατώ* fr. 66. *αἰδῶ* O. XIII, 115. P. IV. 146. 218; IX, 12. *ἀῶ* P. IX, 25.

†) *ὕβριος* O. VII, 90. *πράξιος* O. XII, 8. *τέρψιος* ib. 11. *χρήσιος* O. XIII, 76. *μήτιος* N. III, 9. *πόλιος* N. VIII, 13. J. VIII, 20.

††) *ῥήσιες* O. VII, 55. *μάντιες* O. VIII, 2. *πόλιες* O. XIII, 112. N. X, 47 *χρήσιες* N. I, 30. *κυβερνάσιες* P. X, 72. *ὑποφάτιες* P. II, 76 (de hac voce cfr. Boeckh. ad h. l.)

De vocabulis in *υς* exeuntibus id tantum memorandum est semel *υι* in dat. *γέννι* O. XIII, 85 contractum esse, id quod semper apud Homerum fieri solet; soluta est terminatio in dat. *ὀφρύϊ* O. XIII, 106. P. IX, 36; cum forma contracta comparari possunt dativi *πάτρῳ* P. VI, 46 et *μάτρῳ* N. IV, 80, sed *μάτρωϊ* J. VII, 24. Ex neutris in *ας* plerumque nominativus et accus. in usum veniunt; vocis *γῆρας* duae quae ad gen. et dat. pertinent formae solutam terminationem offerunt: *γήραος* O. VIII, 71. *γήραϊ* N. VII, 99.

Quinque vocabula *πατήρ μάτηρ θυγάτηρ γαστήρ Δαμάτηρ* plane epicorum more ita flectuntur, ut *ε* littera quae ante terminationem posita est modo assumatur modo ejiciatur. Atque *γαστήρ* in duabus quae reperiuntur formis *γαστρός* P. IV, 99. *γαστρί* J. I, 49 vulgarem rationem sequitur. Contra *θυγάτηρ* quod. gen. *θυγατρός* O. I, 81. VI, 95; VIII, 81 format, in dativo utraque utitur forma: *θυγατέρι* P. II, 39. *θυγατρί* P. IX, 111; perinde in acc. *θύγατρα* O. IX, 58. N. III, 57. *θυγατέρα* P. V, 30., nominat. plur. semper syncope detruncatus est (*θύγατρες* P. III, 97. N. IV, 3. J. VIII, 17). *Δαμάτηρ* acc. offert *Δάματρα* O. VI, 95, gen. *Δάματρος* J. I, 57. *Πατήρ* a vulgari flexione non multum recedit: gen. *πατρός*, dat. *πατρί*, acc. *πατέρα*, nom. plur. *πατέρες* P. V, 81, gen. *πατέρων*; in genitivo sing. tantum nonnumquam altera forma integra *πατέρος* deprehenditur: O. VII, 36. P. I, 59. III, 67. N. V, 10. *Μάτηρ* denique in genitivo et dat. sing. utramque praebet formam: *ματρός* sexies, *ματέρος* P. IV, 74. IX, 61. N. I, 35. *ματρί* quinquies, *ματέρι* N. IX, 4. X, 18.

N o m i n a a n o m a l a. *Ἀνήρ.* Gen. sing. unam formam *ἀνδρός* suppeditat, eodemque modo plerumque dat. *ἀνδρί*, acc. *ἄνδρα* formatur; sed etiam altera flexio littera *δ* non interjecta nonnumquam obviam est, semel in dat. *ἀνέρι* P. IV, 21, in acc. *ἀνέρα* O. IX, 110, in nom. plur. *ἀνέρες* P. IV, 173, ter in gen. plur. *ἀνέρων* O. I, 66. P. V, 22 N. VI, 29; frequentiores sunt formae *ἄνδρες* et *ἀνδρῶν*. Dativus plerumque *ἀνδράσι* sonat, *ἄνδρεσσι* certe traditum est P. V, 64 eademque forma metro jubente P. II, 65 ab Hermanno recte reposita est, etiamsi libri in scriptura *ἀνδράσι* consentiunt; acc. semper vulgarem formam

tenet. Prima syllaba nominativi *ἀνήρ* plerumque brevis est, sed producta his locis: O. III, 12. N. II, 3. III, 69. IX, 15. J. IV, 70; semper *ἀνέρι ἀνέρα ἀνέρες ἀνέρων* longam primam habent. — Nomen *Ἄρης* vulgarem flectendi rationem sequitur, ita ut gen. *Ἄρεος* P. II, 2. X, 14, dat. *Ἄρει* sit; semel dativi vocales solutae sunt: *Ἄρεϊ* J. VIII, 37. Prior syllaba hujus nominis semper in nominativo, bis in dativo P. XI, 36. N. X, 84 corripitur, in genitivo semper, in dativi reliquis exemplis producitur. — *Γόνυ* format gen. plur. *γονάτων* N. V, 20. VIII, 13, dat. *γούνασι* J. II, 26. — *Γοργώ* quae vox apud Homerum etiam flexionem femininorum in *ώ* exeuntium assumit has tantum formas admittit: *Γοργόνος*, *Γοργόνα* P. X, 46, *Γοργόνων* P. XII, 7. — *Δόρυ* in gen. sing. litteram *τ* retinet: *δούρατος* P. IV, 38, in dat. abjicit: *δουρί* O. VI, 17. N. IX, 26. *δορί* J. V, 42. VIII, 53. plur. non comparet. — *Ζεύς*. In genit. multo saepius *Διός* (fere quinquagies) quam *Ζηνός* (decies quinquies) conspicitur, dat. quater *Ζηνί* sonat, quinque locis (O. XIII, 106. P. VIII, 99. N. I, 72. IV, 9. X, 56) altera forma occurrit et ubique libri aut *Διΐ* aut *Διί* exhibent, etiamsi omnibus locis haec vox unius syllabae spatium explet. Itaque librorum scriptura adducimur, ut synizesin a Pindaro adhibitam esse censeamus, nisi potius duplicem litteram *ι* contractam et a librariis qui hanc formam ignorabant vulgarem substitutam esse credere debemus, praesertim quum in titulo galeae inscripto ex Pindari aetate servato forma contracta *Δί* reperiatur. Cfr. Boeckh. C. J. Nr. 16. Acc. raro reperitur: bis *Ζῆνα* P. IV, 194. IX, 64, semel *Δία* O. IX, 6. — Pro casibus obliquis vocis *κάρα* format Pindarus *κρατί* P. I, 8, *κρᾶτα* P. XII, 16 quorum nominativus *κράς* non usitatus est; etiam plur., cujus acc. Eur. Phoen. 1126. Herc. fur. 526 *κρᾶτας* est, apud Pindarum *κρᾶτα* sonabat, ut Eust. p. 1715, 63 (fr. 4) refert; cfr. Buttm. gr. gr. I p. 229 et Lobeck. paral. I p. 78 et not. 14. — Pro vulgari *κλείς* et epico *κληΐς* Dorica adhibetur forma *κλαΐς*, quae numero plur. tantum deprehenditur semel syllaba paenultima correpta *κλαΐδες* P. IX, 39 semel producta *κλαῖδας* P. VIII, 4. — Vox *ναῦς*, cujus nom. sing. et acc. plur. deest, in omnibus casibus litteram *α* retinet ideoque tanta formarum copia quantam in Homeri carminibus reperis, desidera-

tur. *). *Ὄρνις*. In flexione hujus vocis velut Alcman Theocritus ita Pindarus prorsus Dores sequitur, qui pro littera aspirata *ϑ* in casibus obliquis *χ* usurpant; **) semel acc. *ὄρνιν* P. IV 216, semel *ὄρνιχα* conspicitur. — *Ποσειδάων*. Hoc nomen proprium in omnibus casibus excepto dativo duas promiscue formas praebet, quarum in altera vocales *αω αο* solutae in altera in *α* contractae sunt ***). Sed restant duo genitivi contracti quorum scriptura in codicibus valde fluctuat; priore loco O. XIII, 5 duo optimi Vat. B. Par. G., praeterea Leid. C. Urb. A a. m. pr. *Ποσειδᾶνος*, novem boni *Ποτιδᾶνος*, altero loco O. XIII, 40 ex melioribus unus Par. G *Ποσειδᾶνος*, duodecim boni *Ποτιδᾶνος*, interpolati nonnulli *Ποτειδᾶνος* offerunt. Itaque posteriore loco meliores testes (de Vat. B non liquet) fere omnes formam *Ποτιδᾶνος* tuentur, quam Schneidewinus et Bergkius recte, me judice, etiam vs. 5 restituerunt, nam etiamsi duo optimi *Ποσειδᾶνος* praescribunt, tamen si hoc verum esset, vix intelligi potest, unde in tanto bonorum codicum numero haec forma rarior orta sit. *Ποτειδᾶνος* autem quod nonnulli viri docti praeferunt, grammaticis deberi videtur †). A forma contracta descendit adjectivum *Ποσειδάνιος* O. V, 21. X, 26. N. VI, 41. — Vox *υἱός* in sing. semper et in plur. plerumque secundam sequitur declinationem; alterius flexionis exempla perpauca sunt: *υἱέες* J. VIII, 25. *υἱέων* ib. et N. VI, 22 priore loco terminatione *εων* synizesi subjecta, altero diphthongo *υι* correpta. — *Χείρ*. In hac voce praeter vulgares formas etiam eas quae *ι* abjiciunt admittit poeta; ††) nom. sing. in usu non

---

*) *Ναός* sexies, *ναΐ* O. XIII, 54. P. IV. 25. 164. fr. 206, 3. *ναῦν* P. IV, 245. fr. 219, 2. *νᾶες* O. XII, 4 J. V, 5. *ναῶν* O. VII, 32. P. I, 74. IV, 207. N. IX, 34. *ναυσί* sexies. *νάεσσι* P. IV, 56.

**) *ὄρνιχος* P. VIII, 50. J. VI, 53. *ὄρνιχα* O. II, 88. *ὀρνίχων* N. IX, 19. *ὀρνίχεσσι* P. IV, 190. *ὄρνιξι* P. V, 112, inde *ὀρνιχολόχῳ* J. I, 48. De nominativo *ὄρνιξ* quem grammatici ex his formis finxerant, cfr. Buttm. gr. I. p. 231; *ὄρνις* deprehenditur P. IV, 19.

***) nom. *Ποσειδάων* J. II, 14. *Ποσειδᾶν* O. I, 26. VIII, 31. IX, 31. gen. *Ποσειδάωνος* P. IV, 45. 204. J. IV, 54. *Ποσειδᾶνος* P. IV, 138. *Ποσειδάωνι* O. VI, 29. J. I, 32. *Ποσειδάωνα* N. V, 37. *Ποσειδᾶνα* O. VI, 85. voc. *Ποσείδαον* O. I, 75. *Ποσειδᾶν* P. VI, 51. J. VIII, 27.

†) Cfr. Ahrens. de dial. Dor. p. 243 sq.

††) *χειρός* quinquies, *χερός* O. II, 63. VIII, 42. X, 100. *χειρί* P.

est; dat. plur. decies sexies χερσί, ter autem χείρεσσι O. X, 62. P. IV, 72. 193 extat. Χρώς. Dat. χρωτί P. I, 55 nondum ab Homero usurpatur, saepius a tragicis (Soph. Ant. 245. Trach. 969), acc. χρῶτα J. IV, 23 (apud Homerum in Od. σ, 172. 179 tantum), praeterea etiam dativus χροΐ Homero usitatus N. VIII, 28 legitur.

Superest, ut nonnulla de terminationum θε (ν) et δε in Pindari carminibus usu adjiciam. Ex his particula θε litteram ν pro metrica necessitate nunc omittit nunc accipit et plerumque comparet in nominibus propriis locum significantibus*) aut ejusmodi appellativis**). Ad temporis significationem pertinet ἀρχᾶθεν O. IX, 55. J. IV, 7. Atque etiam personarum nominibus eadem particula adjicitur, ut Διόθεν N. IV, 61. VI, 13. fr. 53, 7. θεόθεν O. XII, 8. X, 50. πατρόθεν O. III, 28. VII, 23. ματρόθεν O. VII, 24. J. III, 16; semel autem ματρόθεν P. II, 48 prorsus genitivi vice fungitur, quum statim genitivus subsequatur: τὰ ματρόθεν μὲν κάτω, τὰ δ' ὕπερθε πατρός. Genitivi terminatonem θεν prorsus efficit in pronomine σέθεν, cum quo Pindarus praepositiones ἐκ παρά conjungere non dubitat. Non tam late regnat usus particulae δε quae accusativo integro adjicitur; haec ejus sunt exempla: Θήρανδε P. V, 75. Οὐλυμπόνδε O. III, 25. J. IV, 55. Τρῴανδ' J. IV, 36. Πυθῶνάδε O. VI, 37. IX, 12. — οἴκαδε quinquies. Θι numquam cum substantivis, sed ter tantum omissis vocibus πόθι τόθι cum pronominibus conjungitur: αὐτόθι N. IX, 32. ἑκατέρωθι O. II, 69. κεῖθι N, IX, 11.

Denique pauca de genere nonnullorum nominum addenda

IV, 37. N. VIII, 8. χερί octies. χεῖρα J. I, 66. II, 21, fr. 123. χέρα O. II, 94. X, 72. P. IV, 271. IX, 36, etiam Jl. ϑ, 229. χεῖρες O. IV, 25. χειρῶν sexies, plerumque χεῖρας, semel χέρας O. II, 74.

*) Μιδέαθεν O. X, 66. Κίρραθεν P. VIII, 19. Δωδώναθεν N. IV, 53. Τρωΐαθεν N. VII, 41. Ἀμύκλαθεν N. XI, 34. Οὐλυμπόθεν P. IV, 214. Λαμνόθεν P. I, 52. Πινδόθεν P. I, 66. Ἐπιδαυρόθεν N. III, 84. Πυθωνόθεν P. V, 105. Πυθῶθεν J. I, 65. Σικυωνόθε N. IX, 1. X, 43.

**) χερσόθεν O. II, 73. οἴκοθεν saepius. πεδόθεν O. VII, 2. J. V, 38. πρῴραθε P. IV, 22. X, 52. ἄντροθε P. IV, 102. His haec adverbia addam: ἀμφοτέρωθεν. O. XIII, 99. P. I, 6. ἔνδοθεν P. II, 74. πάντοθεν P. III, 52. N. VI, 47. ὑψόθεν P. VIII, 81. τηλόθεν saepius.

videntur. Vox *Τάρταρος* quae apud Homerum genere masculino utitur et inde ab Hesiodo saepe *τὰ Τάρταρα* sonat, Pindaro femininum est, quum P. I, 15 omnes libri consentiant in lectione *αἰνᾷ Ταρτάρῳ*. Etiam *Ἰσθμός* semper feminino genere comparet: O. VII, 81. VIII, 45. N. V, 37. J. I, 32, (O. VII, 81 duo codd. Ambr. A. Caes. D non recte *κλεινῷ Ἰσθμῷ* praebent); ad utramque vocem conferas Schol. O. VIII, 65. P. I, 29. *Ἰσθμός* etiam femininum est Sim. fr. 157, 5 Bgk., apud alios scriptores masculinum. *Κόρινθος* O. XIII, 4 femininum prae se fert sed fr. 99, 2 in codd. extat *ἐν ἀφνειῷ Κορίνθῳ*, ita ut vox hoc loco velut Hom. Jl. *β*, 570 masculinum sit sed nihil certi contendere possumus, quod *ἀφνειός* apud nonnullos scriptores adjectivum communis generis esse solet. *Κίων* quod in Homeri Odyssea tantum occurrit et vulgo femininum sed ter etiam masc. est, semper genere fungitur feminino: O. VI, 2 VIII, 27. P. I, 19. IV, 267, idemque genus ostendit *Μαραθών* O. XIII, 100. *Αἰών* partim pro masculino partim pro feminino usurpatur; fem. extat P. IV, 186. V, 7. N. IX, 44. In generis usu vocis *αἰθήρ* Pindarus nonnumquam Homerum, apud quem semper femininum est, sequitur: O. I, 6: XIII, 85, aliis autem locis etiam masculinum usurpat: O. VII, 67. N. VIII, 42. cfr. Schol. O. I, 10. *Σκότος* quod Homero masculinum est, eodem genere semper in epiniciis comparet; bis autem in fragm. 18, 5; 119, 3 tertiam sequitur declinationem assumpto genere neutro: *σκότει*.

XII. De adjectivis.

Quum non raro adjectiva in *ος* terminata contra vulgarem consuetudinem apud poetas duorum generum esse soleant, neque Pindarus prorsus hac licentia abstinuit. Ita reperiuntur: *Αἴαντος ἀλκὰν φοίνιον* J. IV, 35. *σὺν μοιριδίῳ παλάμᾳ* O. IX, 26. *Σαλαμὶς δυνατός* N. II, 13. *σιγαλὸν ἀμαχανίαν* P. IX, 92 quum Herodianus ad Il. *σ*, 580 adjectivum trium generum fuisse tradat. N. II, 13 poeta masculini clausulam praetulit ut hiatum evitaret, P. IX, 92 ne syllaba longa evaderet, sed priorum formarum causa non facile intelligitur. P. IV, 209 multi boni libri exhibent *δίδυμοι ζωαί*, sed septem alii *δίδυμαι* tenent, quod fortasse melius est, quum aliis locis terminatio feminini conspiciatur. Adjectivum *ἐλαφρός* peculiarem feminini formam,

quae apud alios scriptores usitata est, retinet fr. 131, 1: *ἐλαφρὰν κυπάρισσον*, etiam N. V, 20 omnes libri *ἐλαφρὰν ὁρμάν* offerunt, sed quum metrum syllabam brevem requirat fieri non potest quin Schmidii conjecturam *ἐλαφρὸν* probemus; non minus fluctuat motio vocis *ἅμερος*: nam N. VIII, 3 optimi codd. Vat. B. Aug. C. alii *ἁμέροις ἀνάγκας χερσί* tuentur, sed N. IX, 44 ad unum omnes *αἰὼν ἁμέρα* offerunt. N. VII, 83 in libris *θευμερᾷ* extat; quod quum mendosum sit, vulgo *ἁμέρᾳ* legitur, quae forma et ipsa Lobeckio anceps videtur (Parall. p. 466). Peculiare femininum vocis *ἀμφιρυτός*, quod saepius Homerus usurpat, etiam Pindaro vindicari debet, quum J. I, 8 tres optimi codd. Vat. B. Aug. C. Med. B. *ἐν Κέῳ ἀμφιρυτᾷ* exhibeant. Omnino ab aliquot adjectivis compositis propria feminini forma descendit: ita *ἀθανάτα Θέτις* P. III, 100, *Δάλου θεοδμάτας* O. VI, 59. *ὦ θεοδμάτα* fr. 64, 1 (alloquitur poeta Delum); sed notandum est utriusque adjectivi peculiare femininum fere nisi ad nomina propria non accedere, velut etiam *Λατοῦς ἱπποσόα θυγάτηρ* O. III, 26 legitur, ad appellativa autem easdem voculas ita adjici, ut sint communis generis: *ἀθανάτοις τιμαῖς* J. II, 28. fr. 98, 2. *θεοδμάτῳ σὺν ἐλευθερίᾳ* P. I, 61. *εὔδματον κολώναν* P. XII, 3. *θεοδμάτους ἀρετὰς* J. VI, 11; unum tantum exemplum obstat: *ἐλπίσιν ἀθανάταις* fr. 199. Porro memoratu dignae sunt hae rariores formationes: *νεοκτίσταν ἐς Αἴτναν* N. IX, 2 (communis generis est Thuc. III, 100). *ἀβάταν ἅλα* N. III, 21. *ἀκινήταν ἔχε ῥάβδον* O. IX, 33. *ἐξ ἀμετρήτας ἁλός* J. I, 37. *πολυξέναν ἐν Νεμεάδι νᾶσον Αἴγιναν* N. III, 2 quae quinque feminina metri necessitati originem debere videntur, *πολύξεναι νεανίδες* fr. 99. Sed non perspicio unde excusationem habeant *ἀγακτιμέναν πόλιν* P. V, 81. *παρμονίμαν εὐδαιμονίαν* P. VII, 20. *ἀμβρόταν χέρσον* fr. 53 15. *ἀπριάτας βόας* fr. 146, 7, sed *ἄμβροτοι πραπίδες* J. VIII, 30; duo posteriora feminina praeeuntibus poetis epicis (cfr. *ἀβρότη νύξ* Il. ξ, 78. *ἀπριάτην* Hym. in Cer. 132) formata esse videntur.

Adjectivorum in *εος* exeuntium vocales numquam contrahuntur, sed ubi una syllaba longa metro requiritur, synizesin patiuntur (cfr. p. 30), *ε* autem non in *ει* dilatatur. Ex adjectivis cum *κέρας* compositis semel extat *χρυσόκερων* O. III, 29; vocis *ἀγήραος* autem terminationem Pindarus non contrahit, cfr.

ἀγήραον, P. II, 52. *ἀγήραοι* fr. 120, 2. Adjectiva cum *νοος* composita in usum non veniunt, aliquoties ea, quorum altera pars *πλοος* est, sed contractio non admittitur. Adjectiva in *υς* terminata in feminino semper *εια* tenent, sed monendum est omnium quae comparent vocabulorum nusquam gen. sing. nom. gen. dat. acc. plur. generis masculini reperiri; dat. sing. ter adest: *βραχεῖ* P. I, 82. *τραχεῖ* O. VIII, 55. fr. 188, 2, bis neutrum plur. *ὠκέα* O. II, 83. *γλυκέα* O. XIV, 5; saepius occurrunt nom. et acc. sing. masc. et neutr. et omnes generis feminini casus. Flexionem sane mirabilem reperimus fr. 321: *ὑψικέρατα πέτραν*, quae voces immutatae etiam apud Arist. Nub. 597 extant. Memoratu dignum est etiam femininum *μάκαιρα*, quo Homerus adhuc caret: O. I, 11. P. V, 11. al. (etiam hymn. in Apoll. 14. Aesch. Sept. 163. Soph. Phil. 400.) *πίειρα* N. I, 15, saepius apud Homerum.

Adjectivi *πολύς* formae Pindaricae non multum a vulgari flexione recedunt; sed quum femininum nihil difficultatis praebeat, hos tantum afferam locos: nom. in epiniciis sonat *πολύς* P. III, 106. V, 13. neutr. *πολύ* O. VIII, 20. fr. 103, 1; *πολλός* extat fr. 145, neutrum *πολλόν* O. X, 36. acc. *πολύν*, nom. plur. *πολλοί πολλά*, acc. plur. masc. unum tantum exemplum reperimus *πολεῖς* P. IV, 56. Restat dativus pl. incertae formae O. XIII, 44; duo enim libri (Med. B. C.) exhibent *πολέεσσι* quod cum Mommsenio vix accipere possumus, quia tum in omnibus epodis scripturas vulgatas corrigi oportet, duo interpolati *πόλεσσιν* duo *πόλεσιν*, omnes reliqui iique optimi *πολέσι* sive *πολέσιν*, quod etiam recte legi censeo.

Pauca de accentu trium adjectivorum addenda sunt; quum enim Homerus semper *ὁμοῖος ἐρῆμος ἑτοῖμος* dicat et cum eo Dorienses consentiant, verisimile est Pindarum eandem secutum esse legem; atque *ὁμοῖος* O. VII, 54. P. II, 48. N. X, 57 in omnibus libris extare videtur praeterquam quod primo loco unus cod. Ambr. A *ὅμοιος* tenet; omnibus etiam excepto Ambr. A nititur *ἑτοῖμος* O. I, 69, sed aliis locis O. II, 76. IV, 14. VI, 12. P. VI, 17 pauci tantummodo mss. hanc scripturam testantur, N. IV, 74 *ἕτοιμος* solum reperiri videtur; nihilominus ubique *ἑτοῖμος* praeferemus, haud secius *ἐρῆμος* N. X, 72 praestat, quamquam in nullo codice traditum est; cfr. Ahr. D. D. p. 35.

De comparatione. In adjectivorum in ος desinentium comparatione regulam vulgarem Pindarus semper spectat neque umquam ut Homerus post longam vocalem terminationes ώτερος ώτατος admittit. Monendum est adjectivi ἔξοχος comparativum et superlativum, quos nondum apud Homerum deprehendis, occurrere: ἐξοχώτερος N. III, 76. ἐξοχώτατος N. II, 18. fr. 83, 4 adv. ἐξοχώτατα N. IV, 92; solius Pindari esse videtur superlativus ὑπεροχώτατα P. II, 38. Sed in nonnullis adjectivis pro vulgari terminatione alteram έστερος έστατος admisit poeta, cujus modi formis saepe eum usum esse affirmat Eust. p. 1441, 13; affert talem comparativum grammaticus in Beckeri Anecd. p. 80 (fr. 21) ἀρχαιέστερον, cujus superlativus etiam est Aesch. fr. 173 Dind; porro reperimus ἀφθονέστερον O. II, 94 (etiam Aesch. fr. 65.). ἀπονέστερον O. II, 62. αἰδοιέστατον O. III, 42, sed αἰδοιότατον legitur P. V, 18. Terminatio αίτερος omissa littera ο adhibita est in uno adjectivo: παλαίτερος P. X, 58. N. III, 73. παλαιτάτῳ N. VII, 44, sed παλαιότεροι N. VI, 53. Φίλος nisi comparativum φίλτερος J. I, 5. fr. 58, 3 et superlativum φίλτατος P. VIII, 13. IX, 99 non format. Terminationum ίων ιστος pauca exempla reperiuntur: αἴσχιον J. VII, 22. ἁδίσταν J. II, 5. ἔχθιστος O. VIII, 69. P. IV, 99. XI, 26, sed ἐχθρότατον N. I, 65. οἰκτροτάτῳ P. III, 42 (cfr. Od. λ, 241). Vocis ταχύς comparativus θᾶσσον O. IX, 24. P. IV, 181 sonat, sed superlativus ταχυτάτων O. I, 77, quae forma Pindari propria est, adv. τάχιστα O. XIII, 79. fr. 219, 2. Praeterea duo alii superlativi in ιστος memorandi sunt: βραχίστοις J. VI, 59 (etiam apud Soph. et Aristoph.) et ἄλπνιστος J. V, 12, cujus adjectivum simplex in litteris non duravit et ex composito ἔπαλπνος a Pindaro tantum usitato P. VIII, 84 cognoscitur. Comparativi et superlativi ab adverbiis formati qui adjectivorum flexionem assumunt, nonnulli extant: ὑπέρτερος P. II, 60. N. IV, 38. J. I, 2, ὑπέρτατος saepe, sed prorsus analogia caret ὑπερώτατα N. VIII, 43. περαίτεραι O. IX, 105, adv. περαίτερον O. VIII, 63, ἄγχιστον P. IX, 64 et adv. ἄγχιστα. Adverbium πόρσω format comparativum πόρσιον O. I, 114. superl. πόρσιστα N. IX, 29, quum apud Hesychium πορσώτατα legatur.

Sed jam de comparativis et superlativis qui dicuntur ano-

malis agamus. Ex adjectivo ἀγαθός hae formae in usum venerunt: ἀρείονος P. VIII, 49. ἀρειόνων N. VIII, 5. ἄρειον N. VII, 101. J. VIII, 13. ἄριστος septies, κρέσσων undecies, numquam κρείσσων, nam etiamsi tribus locis (O. II, 24. X, 39. P. I, 85) nonnulli codices κρείσσων praebent, tamen optimi cum iis non faciunt et octies omnes consentire videntur; κράτιστος quinquies,*) sed fr. 207 Boeckhius pro vulgato κράτιστον κάρτιστον scribi jubet; φέρτερος habes O. I, 7. P. I, 35. J. VIII, 33, φέρτατος sexies,**) semel fr. 103, 2 φέρτιστον. — Adjectivi κακός nisi duae comparativi formae χειρόνων J. IV, 34. χειρόνεσσι N. VIII, 22 non inveniuntur, nusquam superlativus. — Μικρός et ὀλίγος quae raro leguntur comparativum tantum μείων O. I, 35. P. I, 82. XI, 29 exhibent. — Πολύς comparativum πλέων ostendit, qui praeterquam in fr. 122 in Nemeorum tantum carminibus VI et VII conspicitur: πλέον VII, 74, πλέονα 20. πλεόνων VI, 26, superl. πλεῖστος sexies. — Μακρός duas comparativi formas praebet: μακρότερος O. XIII, 41. P. XI, 52. N. X, 46 et μάσσων O. XIII 114 J. III, 5, superl. μακρότατος O. XIII, 41. — O. VIII, 60 comparativus vocis ῥᾴδιος sonat ῥᾴτερον; quum omnes scripti libri ῥαΐτερον praebeant, priores ῥαίτερον legebant, sed α natura longum cum sequenti vocali ι in diphthongum αι coalescere non potest.

Denique supersunt aliquot comparativi et superlativi qui ab adjectivis derivari non possunt: κερδίων N. V, 16. ὕψιον (scil. τεῖχος) fr. 197, 1 Pindari proprium, ὕψιστος P. I, 100 N. I, 60. XI, 2. J. I, 51.

XIII. De pronominibus.

In pronominibus Pindarus non tantam quantam apud Homerum aliosque epicos invenis copiam et quasi abundantiam formarum admisit. Nom. sing. ἐγώ valde frequentatur et semel P. III, 77 ante vocalem ἐγών conspicitur; secundae personae nominativus aut σύ aut τύ est.***) Ejusdem genitivus (nam

---

*) O. IX, 100. XIV, 12. P. XI, 58. N. VII, 27. J. I, 17.

**) O. VII, 26. P. V, 48. N. III, 57. X, 13. J. VI, 39. VII, 5.

***) σύ O. X, 3. P. V, 6. VI, 19. τύ O. I, 85. P. II, 57. VIII, 6. 8. 61. N. V, 41. J. VII, 31.

primae et tertiae personae nullum exemplum extat) tres varias formas exhibet *σέο σεῦ* et *σέθεν*, quarum ultima plurimum usurpatur et sola cum praepositionibus *παρά* (*παρ*) *ἐκ* conjungitur quum *ἕκατι* voces *σέο* et *σεῦ* sequatur.*) In dativo utraque forma *ἐμοί* et *μοί* in usu est, sed enclitica multo frequentius; secunda persona praebet *σοί τοί* et *τίν*, ex quibus *τοί* semper encliticum est, *σοί* quinquies tantum reperitur (P. IV, 270. IX, 55. N. X, 86. fr. 57 B. 132, 2) *τίν* pariter atque nominativus *τύ* ad personam distinguendam vel gravitate quadam positum est. P. VIII, 68 omnes libri praebent *κατά τιν' ἁρμονίαν* quod in *κατὰ τίν* mutatum est, sed *τίν* cum Hermanno pro accusativo accipere non possumus; librorum scriptura recte a Mommsenio et Bergkio mihi restituta esse videtur. Haec forma *τίν* vocalem corripit, cfr. P. I, 29. N. X, 30, quamobrem J. VI, 4 ubi metrum longam postulat syllabam *γ'* inseritur; eadem vox apud Theocritum producitur. Dativus tertiae personae *οἷ* saepius conspicitur. Alteram dativi formam *ἴν* Hermannus bis P. IV, 96. N. I, 66 legi jubet, quum omnes libri *νιν* utroque loco praebeant, forma autem non *ἰν* sed *ἱν* sonat (cfr. Ahr. D. D. p. 252) et a Bergkio P. IV, 36 recepta, a Mommsenio non adoptata est; cfr. Buttm. gr. I, p. 289. Accusativus primae personae est *ἐμέ* et *μέ*; ille in Olympiis et Pythiis tantum occurrit; secundae personae acc. *σέ* saepius reperitur; tertia persona semel *ἕ* offert O. IX, 13, quod etiam legitur N. VII, 25 scriptura codicum *ἑὰν* in *ἓ τὰν* mutata; praeterea vulgo forma Dorica *νιν* et epica *μιν* deprehenduntur, quae ratione victoris patriae vel harmoniae non habita ubique promiscue conspiciuntur. Hermannus de his p. 257 judicat ita: „quorum quum *μιν* Jonicum *νιν* Doricum sit, ex quodam Pindari carmine allatum ab Apollonio in excerptis grammaticis p. 557 (428 A) videri poterit *νιν* ubique restituendum esse". Recte, credo; cum eo consentit Mommsenius in Jahnii Annal. tom. 83, et demonstrat longe maximam copiam exemplorum in optimis libris *νιν* exhibere, quintam vel quartam partem in omnibus *μιν* offerre. Dualis semel tantum obviam est *νώ* P. IV, 147, quod quatuor libri Med. B. C.

*) *σέο* N. I, 29. III, 65. VII, 86. J. V, 2. *σεῦ* O. XIV, 18. N. VIII, 46. *σέθεν* undecis.

Pal. C. Urb. A testantur; alii dativum *νῷϊν* tenent, qui si litteram *ι* subscribimus minime a loci sententia abhorret.

Pluralis non tot exempla quot singularis numerus suppeditat et plerumque formae Aeolicae occurrunt. Nom. primae personae est *ἄμμες* P. IV, 144, omnino unicum exemplum, genitivus prorsus deest. Dativus duas offert formas: *ἄμμιν* P. IV, 155. 167. J. VIII, 44. fr. 18, 2. 58. *ἄμμι* J. I, 52. VII, 49. VIII, 10, secundae has: *ὑμῖν* J. II, 30. *ὔμμιν* O. XIV, 5. XIII, 14. P. II, 3. fr. 99, 4. *ὔμμι* P. IV, 259. Bergkius etiam O. XI, 17 *ὔμμιν* pro vulgata *μή νιν* scripsit. Tertiae personae dativi sunt *σφίσι σφίσιν σφί σφίν* *). Accusativus primae personae *ἄμμε* certe traditus est N. VI, 6; O. IX, 106 multi boni codices *ἄμμε* exhibent, sed optimi corrupta: *ἁμέρα* Vat. B. *ἄμε* Med. E. *ἅμα* Ambr. A. Par. G. al., quamobrem Mommsenius et Bergkius etiam O. I, 104, ubi omnes veteres *ἅμα καί* praebent, *ἄμμε* receperunt; *ὔμμε* O. VIII, 15. J. VI, 19; acc. tertiae personae *σφέ* ter occurrit P. V, 39. 86: J. VI, 74.

In pronominibus reflexivis ut Homerus sic Pindarus compositionem ignorat; itaque ubi nos *αὑτοῦ* aliasque hujusmodi formas exspectamus spiritus lenis praeferendus est, quem P. IV, 265 in voce *αὐτᾶς* omnes tueri videntur, O. VIII, 53 *αὐτᾷ* omnes boni, P. IX, 62 *αὐταῖς* plurimi continent, pauci ut Vat. B. Par. D. Caes. D. *αὑταῖς*, Bergkius *αὐτᾶς* proponit; itaque P. II, 34 ubi libri nonnulli *καθ' ἑαυτόν* contra metrum, alii *καθ' αὑτόν* vel *καθ' αὐτόν* praebent, recte *κατ' αὐτόν* praefertur.

Pronomina possessiva. *Ἐμός* saepius deprehenditur; pronominis *σός* in epiniciis tres tantum formae extant: *σός* N. IV, 14. 90. *σόν* O. VIII, 11. P. IV, 158. 175 *σάν* O. V, 4 et in fragm. *σαῖς* 11; multo magis Dorica forma *τεός* frequentatur. Tertiae personae sunt *ὅς* et *ἑός*, quorum prius quater O. V, 8. P. VI, 36. J. IV, 36. fr. 2, 2, *ἑός* decies quinquies legitur. Prima persona pluralis praebet *ἁμέτερος* et *ἁμός* P. III, 41. IV, 27. N. III, 9; duobus locis O. X, 3. 8 quibus Boeckhius *ἁμός* scripsit, ex omnibus bonis codicibus *ἐμός* restituendum est. Praeter *ὑμέτερος* bis *ὑμός* legitur O. VIII, 66. P. VII, 15. In tertia persona semel *σφός* P. V, 102, bis *σφέτερος* P. X, 38. J.

*) *σφίσι* O. X, 14 N. III, 69. *σφίσιν* decies. *σφί* O. VIII, 83. N. VI, 50. X, 71, *σφίν* novies.

II, 27 extat; aliis locis O. IX, 84. XIII, 61. P. IV, 83. J. VI, 33. VIII, 55. fr. 200 *σφέτερος* ad substantivum singularis numeri referendum et pro *ἑός* collocatum est; contra *ἑός* pro *σφέτερος* extat P. II, 91.

Articulus qui in genere feminino ubique *α* pro *η* tenet in nominativo num. plur. offert formam *αἱ* O. VII, 30, bis etiam Doricam *ταί* significatioue demonstrativa non admissa N. VII, 12 *ταὶ μεγάλαι γὰρ ἀλκαί* et fr. 55 *ὦ ταὶ λιπαραὶ . . . Ἀθᾶναι*; nonnumquam autem *ταί* prorsus ex usu Homerico adhibitum est, ita ut inter articulum et substantivum plura non ad ea pertinentia vocabula interjecta sint: *ταὶ Διωνύσου πόθεν ἐξέφανεν σὺν βοηλάτᾳ χάριτες διθυράμβῳ* O. XIII, 19. cfr. ib. 122. P. I, 18.

De reliquis pronominibus nihil notandum est; nam *αὐτός οὗτος ὅδε τίς τὶς* vulgarem rationem non deserunt; etiam *ὅστις* format *ᾧτινι* O. III, 11. VIII, 11. *ὅντινα* J. V, 9. *οἵτινες* O. II, 66. *Τόσσον* N. IV, 5 metri causa collocatum est pro *ὅσσον*, ubi *τόσον γε . . τόσσον* sibi respondent. *Τόθι* quod plerumque sensu demonstrativo legitur relativi vice fungitur pro *ὅθι* (fr. 184) ad hiatum evitandum P. IX, 6. N. IV, 52 et ad producendam syllabam brevem in consonantem exeuntem P. VIII, 64.

XIV. De numeralibus.

Cardinalia. Etiamsi poetae omnino in numeralibus majorem sibi concesserunt licentiam, tamen Pindarus plerumque vulgares formas retinuit. Ita nullam aliam legimus formam quam *εἷς μία ἕν ἑνός ἑνί μιᾷ μίαν* epicis prorsus neglectis. Ex compositis *οὐδείς μηδείς* pceta *οὐδέν* tantum in usum convertit; nam fr. 201 ubi *μηδὲν ἄγαν* deprehenditur sapientium dictum illud recitat. *Δύο* saepe conspicitur (*σύνδυο* P. III, 81.) numquam *δύω*; *δυοῖν*, quod ab Homero alienum est, N. VIII, 48; sed praeterea aliquoties altera formatio occurrit: *δοιοί* P. IV, 17. *δοιούς* N. I, 54. Vox *τέσσαρες* proprium dativum *τέτρασι* format O. VIII, 68. X, 69. P. VIII, 81: quamquam nusquam *δύω* reperitur tamen praeter *δώδεκα* O. X, 49 P. IV, 25 *δυώδεκα* legitur N. IV, 28. fr. 148; eaedem formae in compositis adhibitae sunt: *δωδεκάγναμπτον* O. III, 33. *δυωδεκάμηνος* N. XI, 10. *δυωδεκάδρομος* O. II, 50. P. V, 32. Cardinalia inde ab *εἴκοσι* nihil memora-

bile praebent: *τεσσαράκοντα* P. V, 49. IX, 113. *πεντήκοντα* N. X, 1. J. VI, 6. *ἑκατόν* O. II, 93. fr. 147.

Ordinalia. Praeter *τέταρτος* (O. I, 60) etiam ubi terminatio longa est *τέτρατος* usurpatur: *τετράτοις* O. VIII, 46. *τετράτων* P. IV, 47. *τετράτῳ* fr. 112; porro extant *πέμπτος* N. VI, 58. *ἕκτος* O. VIII, 76. P. IV, 132. *ἕβδομος* P. IV, 10. *ὄγδοος* P. IV, 65. *ἔνατος* fr. 110, 2 *δέκατος* P. IV, 10. *δωδέκατος* O. VI, 75. *τριακοστός* O. VIII, 66.

Adverbia numeralia *σ* ut vulgo retinent, ita *τετράκις* O. VII, 81. N. X, 42, sed N. VII, 104 libris adversantibus metro requiritur *τετράκι*; *ἑξηκοντάκι* O. XIII, 99 in omnibus sine littera *σ* scriptum est. Promiscue obviam sunt *πολλάκις* P. II, 15 IV, 295. *πολλάκι* J. I, 63. fr. 99, 4. *τουτάκις* P. IV, 255 IX, 14. *τουτάκι* P. IV, 28 quae forma Dorica nominatur Etym. M. 172, 10. *θαμάκις* N. X, 38. *θαμάκι* O. IV, 29.

XV. De verbo.

a. De augmento.

D e a u g m e n t o s y l l a b i c o. Verba a consona *ρ* incipientia ubi augmentum assumunt, haec littera secundum vulgarem modum geminari solet; *ἔρριψε* J. VII, 44. *ἐρρύσατο* P. XII, 19. *κατερρύη* fr. 154, 2. *ἐρραίσθη* fr. 88, 4; sed huic normae adversatur aoristus *ἀπέριψεν* P. VI, 37*). In perfecto poetam *ῥερίφθαι* scripsisse tradit Choer. in Beckeri Anecd. p. 1287, quam formationem in litterarum monumentis semel in voce *ῥερυπωμένα* Od. *η*, 59 reperies. Geminatio aliarum consonantium liquidarum non admissa est nisi quod eam sibilans.

---

*) Omnino in geminatione lttterae *ρ* post breves vocales poeta sibi non prorsus constat; nam dum fr. 161, 2 *ἀναρρῆξαι*, J. VI, 47 *ἄρρηκτος* legimus, P. IV, 198 *ἀπορηγνύμεναι* deprehendimus, quamquam verbum *ῥηγνύναι* antiquitus a digammate incepisse notum est (cfr. Lat. frangere); atque hoc etiam ea re demonstratur quod bis ante vocabula ab hac stirpe descendentia vocalis finalis brevis vocis antecedentis producitur: *ἕλκεα ῥῆξαν* N. VIII, 29. *ἐπὶ ῥηγμῖνι* N V, 13. (cfr. *δὲ ῥίψαις* P. I, 45. *μηκέτι ῥίγει* N. V, 50.). In adjectivis formas una littera *ρ* instructas praetulisse videtur, id quod haec exempla satis testantur: *καλλιρόῳ* J. VII, 19. *καλλιρόοισι* O. VI, 83. *ἀμφιρύτᾳ* J. I, 9. *αὐτορύτου* P. XII, 17. *ὀξυρεπεῖ* O. IX, 91. *χρυσόραπις* P. IV, 178; semel duplex *ρ*: *μελιρρόθων* fr. 230.

σ patitur in verbo σεύω, in quo etiam Attici (Soph. Aj. 294 ἐσσύθην) duplicem litteram σ usurpant; ita ἔσσυται J. VIII, 61. ἐσσύμενοι P. IV. 135. ἐσσυμένως fr. 143, 2, sed sine augmento σύτο O. I, 20. Verborum quae in perfecto diphthongum ει accipiunt formae non occurrunt; contra λαγχάνω perfectum λέλογχε format.

Aoristi II epici, in quo pro simplici augmento reduplicatio initio adjicitur, perpauca tantum exempla in usum veniunt; formae ejus tantum hae sunt: κέκλυτε P. IV, 13. πεπιθών J. IV, 72. κέκλετο J. VI, 53. πεπαρεῖν P. II, 57, quod verbum apud nullum alium scriptorem occurrens Hesychius per ἐνδεῖξαι σημῆναι explicat et Boeckhius Aeolicum esse putat; cfr. Boeckh. ad h. l. Buttm. gr. gr. II. p. 283; sed fortasse recte a nonnullis codicibus πεπορεῖν offertur; denique memorandum est πέφνε O. X, 27. 28 al. πέφνον J. V, 39 et ἔπεφνεν, cui formae ad reduplicationem insuper augmentum additur: O. II, 42. XIII, 90. P. X, 46.

De augmento temporali. Ubi verba a vocali α inducta augmentum assumunt, id nisi productione vocalis brevis non cognoscitur. In verbis quae post vocalem duas praebent consonas poetam usum esse augmento verisimile est, quum aliquoties in veteribus codicibus supra littera α lineola reperiatur, qualem ἅρμοζον N. VIII, 11 in Vat. B, συνάρμοξε N. X, 12 in Vat. B, ἐπάρκεσε N. VI, 60 in Vat. B. Aug. C. Med. B praebent; non minus augmenti adhibiti testes sunt formae ἆρχε O. X, 51. ὑπᾶρχε P. IV, 205. Neque diphthongus αι*) neque αυ**) in fronte verbi permutatur.

Ex verbis quae a littera ε inchoant, eam retinent ἐντύνω ἐντύω ἐναρίζω ἐρημόω ἐρέφω ἐρίζω; augmentum non negligunt ἐλέγχω P. XI, 49. ἔλπομαι P. IV, 243. ἐρείδω O. IX, 32. 33. ἐπείγω O. VIII, 47 et verbi ἔρχομαι aoristus ἦλθον vel ἤλυθον;

---

*) αἴμαξε J. VIII, 50. αἴνησα O. X, 100. P. III, 13. αἴτεον P. VIII, 40. καταίθυσσον P. IV, 83. καταίνησεν P. IV, 222. παραίθυξε O. X, 73. καταίσχυνε ib. 8; quamobrem P. VIII, 40 ἠνίξατο ferri nequit et recte a Boeckhio αἰνίξατο restitutum est.

**) ἐπαῦρον P. III, 36. αὔδασε J. VI, 42. ἐξαύδασ' N. X, 80, sed P. IV, 119 omnes libri προσηύδα exhibent quod ex Homero translatum esse videtur.

id nunc asciscunt nunc omittunt ἐθέλω, ἐλαύνω, ἔραμαι, ἐνέπω (ἔνεπεν N. I, 69. ἐξένεπε O. VIII, 20, ἤνεπε in omnibus N. X, 79, προσήνεπε P. IV, 97. IX, 29 in plurimis extat, quae formae injuria vulgo rejiciuntur; cfr. Bergk. ad P. IV, 97.), sed ἐννέπω ab augmenti usu abhorruisse videtur. Verba ab ευ et ει incipientia numquam augmento afficiuntur. Inter illa verba a vocali ε inducta, in quibus augmento accedente ε initiale vulgo in ει abit, ἔχω et verbi αἱρέω aoristus II nunc augentur in fronte nunc integra relinquuntur, ἐάω O. VII, 61, ἕρπω fr. 56 ἐργάζομαι J. II, 46 quae his tantum locis in praeterito reperiuntur, augmentum asciscunt, non ἕπομαι quod in forma unica huc pertinente N. III, 39 ἕπετο praebet. Verba a littera ο incipientia plurima augmentum patiuntur;*) variat poeta in verbo ὀνομάζω, a quo semel ὠνόμασεν P. XII, 20, semel ὀνόμασθεν O. IX, 46 format, nisi ὀνύμασθεν praestat (cfr. p. 17) quae forma jam propterea commendatur, quod etiam alias verbum Aeolicum ὀνυμάζω initio non augetur. Reperitur praeterea sine augmento ὄλεσσε P. XI, 33. ἐσόρουσε O. VIII, 40. ἐπόψατο fr. 65, 6. Verba a diphthongo οι inducta augmentum non negligunt.**)

A verbis vulgo in perfecto reduplicatione quae dicitur Attica instructis duae tantum formae occurrunt: ἀπολωλέναι fr. 29 et ἄραρα N. III, 64. V, 44. ἀραρώς O. X, 83. J. II, 19; ex aoristis qui reduplicationem similem asciscunt praeter ἄγαγον unum tantum exemplum deprehenditur ἄλαλκε O. X, 105. N. IV, 60.

b. De terminationibus.

Inter praesentis terminationes tertia persona pluralis me-

*) ὤρθωσεν P. IV, 60. ὤρεγον ib. 240. ὤρεξε N. VII, 58. ὤρμαινε O. III, 26. ὦρσε P. II, 29. III, 102. VIII, 86. ὦρσαν O. X, 24. ὦρτο P. IV, 134, itaque etiam P. IV, 170 cum cod. Urb. A ὤρνυε legendum puto; ὤρουσαν O. IX, 102, ὤπασε undecies ubi secunda syllaba brevis est, sed bis eadem syllaba consonantium geminatione producta ο servatur: ὄπασσεν J. VII, 38. N. III, 9. ὤτρυνεν P. IV, 40.

**) ᾤκει P. III, 34. ᾤκησαν N. III, 14. ἀπῴκησαν P. IV, 256. κατῴκισεν N. X, 5. ᾤκισσεν J. VIII, 20. ᾤχετ' O. VI, 38; itaque etiam P. IV, 82 cum Boeckhio ᾦχοντ' legi debet, quum in hac oda saepius augmentum temporale non bene servatum sit.

moranda est quae aut Dorice in *οντι* aut Aeolice in *οισι* numquam autem in *ουσι* formatur. Jam quum terminatio Dorica *ν* paragogicum accipere non possit, tum vulgo Pindarus Aeolicam adhibet, quum illa littera ad hiatum evitandum opus est,*) Doricam ubique exceptis quatuor locis quibus euphoniae causa *οισι* praefert**) (cfr. Boeckh. nott. critt O. II, 78); Doricae terminationis littera finalis *ι* elidi potest. Ex his igitur elucet multo plus formis Doricis quam Aeolicis poetam indulsisse, nam illae exceptis vocibus *φαντί ἐντί* in epiniciis quadragies bis, hae decies semel reperiuntur. Quod autem semel, J. VI, 66, *ναίοισι* et *διαιθύσσοισιν* in codicibus clausulam *ουσι* ostendunt, id casu factum esse videtur, quoniam omnia alia exempla omnium vel saltem optimorum codicum fide nituntur. Conjunctivi unica forma *τηρέωντι* P. II, 88 pariter atque contracta *ἐξαπατῶντι* O. I, 29 Doricam praebet terminationem. In futuro poeta terminationem Aeolicam praetulisse videtur; nam ex quatuor in quibus omnino tertia persona plur. in epiniciis reperitur exemplis tria *οισι* exhibent: *νωμάσοισιν* P. IV, 18, *ἄξοισι* P. VI, 13, *στάξοισι* P. IX, 63; O. VI, 21 autem *ἐπιτρέψοντι* scriptum esse puto, quod altera forma hoc loco: *ἐπετρέψοισι Μοῖσαι* ingratius sonabat.

Infinitivi activi aut vulgarem Atticis usitatam formam *ειν* offerunt aut velut apud epicos et Dores in *μεν* formantur; et quidem clausula *μεν* plerumque ad inf. praes. et aor. II pertinet, futuri est una *δαιδαλωσέμεν* O. I, 105, una etiam perfecti: *γεγάμεν* O. IX, 110 a *γέγαα* (cfr. *ἐκγεγάμεν* Il. ε, 248. υ, 106. 209); omnino triginta fere hujusmodi infinitivi inveniuntur. Semel etiam inf. aor. I pass. eodem modo formatus *αἰσχυνθῆμεν* N. IX, 27 (cfr. *διακριθῆμεν* Thuc. V, 79 in oratione Dorica) occurrit, qui Doriensium proprius est. Nonnullis locis autem infinitivus praes. in *ειν* desinens Dorum more in *εν* corripitur: *γαρύεν* O. I, 3, *τράφεν* P. IV, 115 librorum scholiorumque consensu nituntur; porro P. IV, 56 pro *ἀγαγεῖν* quod nonnulli

---

*) *περιπνέοισιν* O. II, 72. *διαιθύσσοισιν* O. VII, 95. *φιλέοισιν* P. III, 18. *εἰλαπινάζοισιν* P. X, 40. *ἐνέποισιν* N. VI, 59. *φυλάσσοισιν* N. XI, 5. *καλέοισιν* J. II, 27.

**) *οἰκέοισι* P. X, 43. *ναίοισι* P. XII, 26. J. VI, 66. *καλέοισι* N. IX, 41.

codices exhibent in aliis ἀγαγέν reperitur (Pal. C. Med. D. Caes. D. al.) O. III, 25. unus Ambr. A πορεύεν tuetur. Alios hujusmodi infinitivos Hermannus ut criticorum inventa p. 260 refellit. Sed omnino vix umquam de admittendis talibus formis certum facere poterimus judicium, quum nullus horum infinitivorum metro adjuvetur; Pindari enim aetate ubique *E* pro *ε η ει* scriptum esse constat et facile nonnullae veteres formae negligentia relinqui poterant.*) In infinitivo aoristi II solutam formam epicis usitatam *έειν* pro *εῖν* Pindarus nusquam admisit, quum etiam in verbis in *έω* infinitivum semper contrahere soleat.

In genere feminino participii praesentis pariter atque in omnibus formis similibus Aeolenses poeta sequitur et pro *ουσα* vulgari terminatione *οισα* usurpat; septies decies**) in omnibus diphthongus *οι* continetur, decies quinquies***) singuli vel bini neque optimi huic terminationi repugnant; P. VIII, 4 scripturam *ἔχοισα* optimi tenent Vat. B. Med. B. C. E. Gott., aliis *ἔχουσα* exhibentibus, neque minus certa est lectio *ἐπιφέροισα* O. I, 31 etsi nonnulli codd. ut Ambr. A. Vat. B. Par. G al. *ἐπιφέρουσα* offerunt. Ter tantum O. VII, 48. P. IX, 23. J. VIII, 35 omnes consentiunt in terminatione *ουσα* quod mero casui deberi videtur.

De participio aoristi I, cujus terminatio *αις* est, accuratius Mommsenius tractavit in Jahnianis Annalibus tom. 83 p. 40 sq. Priusquam optimi codices Vat. B. Par. G inspecti erant, multa participia supererant, quorum terminatio *αις* in nullo libro collato extabat sed de conjectura tantum ex analogia collocata erat; etiam hac in re carmina Olympica admodum corruptioni et perniciei exposita fuisse cognoscitur; nam ante codicum illorum collationem in iis perpauca exempla terminationis *αις* reperiebantur atque etiam nunc singulis locis singuli fere libri scripti eam testantur. Contra in Pythiis Nemeis Jsthmiis quae interpolationem minus experta sunt plerumque hanc formam

---

*) Cfr. Boeckh. abhandlungen d. berliner academie d. wissensch., hist. phil. classe 1820—1822 p. 315.

**) O. I, 48. VI, 32. VII, 2. XIV, 2. 20. P. II, 44. IV, 80. IX, 27. N. III, 83. V, 3. 17. VII, 23. 79. VIII, 2. X, 18. J. V, 17. VIII, 45.

***) O. II, 25. 44. VI, 36. X, 38. XII, 26. XIII, 90. XIV, 19. P. III, 15. 33. VIII, 24. IX, 13. 25. XII, 22. N. I, 14. X, 6.

dialecticam plurima et meliora testimonia tuentur. Sed hinc apparet casu tantummodo factum esse, quod inter sex et sexaginta exempla quatuor deprehenduntur quae in omnibus codicibus terminationem *ας* exhibent et quidem tria ad Olympia pertinentia (O. V, 8 *νικάσας*, IX, 60. *ἐφάψας*, X, 42 *ἀντάσας*, in optimis metro repugnante *ἀντιάσας*), unum ad Pythia III, 12 *ἀποφλαυρίξασα*. P. III, 106 Mommsenius lectionem *ἐπιβρίσας* mutavit quum locus corruptus sit. Idem vir ill. existimat Pindarum liquida antecedente communem formam dialecticae praetulisse, quum inter sex hujusmodi participia quinque omnium librorum consensu (*ἀπούρας* P. IV, 149. *ἀγείρας* P. IX, 54. *ἀναμείνας* P. VI, 31. *παπτήνας* P. IV, 95. *ἀνατείνας* J. VI, 41) *ας* praebeant, unum P. IV, 110 in quinque codicibus (Par. G. B². Perus. Par. A. D.) *καταμιάναις*, in reliquis velut Vat. B. Med. B. C. E. Gott. Guelph. al. *καταμιάνας* sonet. Sed lex Mommsenii stabilita non videtur, quum apud Aeoles Lesbiacos etiam *αις* post consonas liquidas reperiatur; conferas quae disseruit Bergkius ad O. I, 79. Participium aoristi II verbi *βαίνω* numquam in clausula *ι* assumit, sed habes in omnibus libris *προβάς* N. VII, 71. *ἀναβάς* O. XIII, 86. *καταβάς* O. VI, 58. P. IV, 22. N. VI, 53. (ultimo loco Vat. B. Aug. C. *κάμβας* alii *καββάς*), quod *α* non ad terminationem sed ad radicem pertinet.

Perfecti duo infinitivi pro vulgari clausula *έναι* Doricam *ειν* ostendunt: *γεγάκειν* O. VI, 49 pro *γεγακέναι*, cujus conjunctivum *γεγάκω* Hesychius affert et *κεχλάδειν* fr. 57 B, quod Hermannus posuit pro Strabonis codicum scriptura *καχλάδων*. Etiam duo perfecti participia in *ων* exeuntia deprehenduntur, quae vulgo pro Doricis habentur, sed potius Aeolica sunt: *πεφρίκοντας* P. IV, 183. *κεχλάδοντας* P. IV, 179, cfr. Ahr. D. D. p. 331. Vulgarem rationem sequuntur hae formae: *κεχλαδώς* O. IX, 2. *πεφρικυῖαν* J. VI, 40.

Terminatio iterativa ter occurrit: *ἀράσσεσκον* P. IV, 226. *κυλινδέσκοντο* P. IV, 209. *κράτεσκε* N. III, 52.

Pauca de personarum terminationibus in passivo adnotanda sunt. In secunda persona Pindarus solutam formam *εαι* amat,*) semel in voce *ἐφάψεαι* quam omnes boni libri excepto

---

*) *ἔλδεαι* O. I, 4. *εὔχεαι* P. IV, 97. *νέμεαι* P. IV, 150. *μετανίσεαι* P. V, 8. *ἔλπεαι* fr. 39. *ἵζεαι* fr. 123.

Par. G. O. I, 12 exhibent terminatio *εαι* synizesin patitur, quamobrem Boeckhius etiam N. III, 27 *παραμείβεαι* scribi jubet pro *παραμείβῃ* vulgato; neque *εο* (*ἵκεο* P. IX, 51. *ἐπαύρεο* N. V, 49) contrahitur. Imperativus solutam clausulam habet in his exemplis: *πίθεο* P. I, 59. *ἵκεο* N. III, 3. *ἀναβάλεο* N. VII, 77. *μαντεύεο* fr. 127, semper autem contrahitur in forma *δέκευ*. Pro terminatione primae pers. plur. *μεθα* semel reperitur *μεσθα*: *ἁπτόμεσθα* P. X, 28. Saepius terminatio tertiae pers. plur. aor. pass. corripitur vel minuitur secundum epicorum consuetudinem.*). Eadem correptio aliquoties etiam in tertia plur. aor. II activi conspicitur: *ἔβαν* O. II, 34. VIII, 12. al. *ἀνέβαν* O. VII, 48; *ἔγνον* pro *ἔγνωσαν* P. IV, 120 quod metrum postulat consentientibus perpaucis libris (Guelph. Ven. B. Bodl. C.), quum alii *ἔγνων* offerant; sed id ipsum quod metro repugnante optimi hoc loco falsam lectionem *ἔγνων* suppeditant, mihi imprimis probat duobus aliis locis quibus metrum judicio non subvenit etiam refragantibus libris *ἔγνον* P. IX, 79 et *ἀνέγνον* J. II, 23 legendum esse, dummodo memineris a Pindaro *ΕΓΝΟΝ* scriptum esse et hoc a posterioribus grammaticis facile perperam intelligi potuisse.

Jam sequitur ut de futuro et aoristo paucis disseramus et primum quidem de verbis in *ζω* desinentibus: multa enim hujusmodi verba pro vulgari *σ* litteram *ξ* assumunt id quod in Doride vel eo pertinet, ut omnes horum temporum formae illa littera instruantur. Inter haec verba nonnulla sunt quae semel tantum in futuro vel aoristo comparent et litteram *ξ* praebent,**) alia autem haec tempora partim littera *σ* partim *ξ*

---

*) *τελεύταθεν* O. VII, 68. *ὀνύμασθεν* O. IX, 46. *φάνεν* O. X, 85. *ἔφανεν* J. I, 29. *ἐξέφανεν* O. XIII, 48. *φύτευθεν* P. IV, 69. *συνεύνασθεν* P. IV, 284. *δμᾶθεν* P. VIII, 17. *βάρυνθεν* N. VII, 43. *ἔμιχθεν* J. II, 29. *κρίθεν* P. IV, 168. *ἐτέκνωθεν* P. I, 17. *ἔφθαρεν* P. III, 36. *μίγεν* P. IV, 251. *βλάβεν* N. VII, 16. *δάεν* fr. 143.

**) *κλεϊξεῖν* O. I, 110 (accentus in syllaba ultima offertur tantum in cod. Par. D a m. sec.). *εὐκλεΐξαι* P. IX, 91. *κατεφάμιξεν* O. VI, 56. *ἀποφλαυρίξαισα* P. III, 12. *ἐνάριξε* N. VI, 52. *ἐστυφέλιξεν* fr. 210 (duo posteriora etiam apud Homerum). *ἀλάλαξεν* O. VII, 37. *ἐλελίξαις* N. IX, 19. *ῥέξαις* O. IX, 94. *στάξοισι* P. IX, 63. *στάξεν* N. X, 82, quae quinque formae etiam vulgo *ξ* tenebant; Pindari proprium est *ἴϋξεν* P. IV,

formant;*) sed numquam ubi non *ξ* assumunt litteram *σ* geminant, quam legem reliqua verba in *ζω* exeuntia minime observant; ex his aliquoties solae formae duplici *σ* instructae reperiuntur;**) omnino futura et aoristi *σ* geminare possunt si vocalis brevis antecedit veluti *ἐράσσατο καλέσσαι ἄνυσσεν* P. XII, 11. *τελέσσαι σπασσάμενος δασσάμενος ἀποδάσσασθαι* al. Addendum est etiam participium aoristi verbi *χαλάω* P. I, 6 *ξ* accipere ita ut forma *χαλάξαις* oriatur; infinitivus eodem modo formatus extat apud Theocr. XXI, 51; sed Pauwio et Heynio assentiri non possum qui P. IX, 38 repugnantibus omnibus codicibus Pindaro *γελάξας* vel *γελάξαις* a Theocrito frequentatum vindicare voluerunt, optimus Vat. B. *γελάσσαις* exhibet.

Verbum *δοκέω* cujus aoristus apud Homerum *ἐδόκησα* tantum sonat, format aoristum bis eodem modo: *ἐδόκησεν* P. VI, 40. *ἐδόκησαν* O. XIII, 56, sed quinquies in *ξ*: *δόξομεν* N. IV, 37. *ἔδοξε* O. XIII, 72. III, 24. J. VIII, 59. *ἔδοξαν* O. V, 16, perfecti unum exemplum reperitur: *δεδόκηται* N. V, 19 (cfr. *δεδόκησαι* Eur. Med. 763. Ar. Vesp. 726.) Verbi *διδάσκω* tempora vulgaria sunt: *δίδαξε διδάξαι διδάξασθαι*, sed semel extat *ἐκδιδάσκησεν* P. IV, 217 ut *διδασκῆσαι* Hes. Op. 64. *διδασκήσαιμι* hymn. in Cer. 144. In verbi *αἰνέω* fut. et aor. formis littera *η* instructae praeferuntur (decies bis), sed bis prima pers. sing. fut. *αἰνέσω* O. VII, 16. N. VII, 63 occurrit. Aori-

---

237; palatina semper extat in verbo Aeolico *ὀνυμάζω*. — *ἀντιφερίξαι* P. IX, 50. *κοιτάξατο* O. XIII, 76.

*) *κωμάξατε* N. II, 24. *κωμάξομαι* J. IV, 72. *συγκωμάξατ'* O. XI, 16. — *κώμασαν* N. X, 35. *κωμάσομεν* N. IX, 1. *κωμάσαις* N. XI, 28; *ἐκόμιξαν* N. II, 19. *κομίξαι* N. VIII, 44. P. IV, 59. *κομίξαις* P. V, 51. — *ἐκόμισαν* N. VI, 31. *κόμισον* O. II, 14. *κομίσαι* P. III, 56. *ἀγκομίσαιτ'* P. IV, 9; *ἀντιάξει* O. X, 84. *ἀντιάσει* N. X, 20. *ἀντιάσαις* J. VI, 15. *ὑπαντιάξαισα* P. VIII, 11. *ὑπαντίασεν* P. IV, 135. *ὑπαντιάσαι* P. V, 44; *ἁρπάξαις* P. IV, 34. *ἁρπάξαντες* N. IX, 67. (*ξ* etiam apud Hom.) — *ἅρπασε* P. III, 44. *ἁρπάσαι* O. I, 10. *ἀναρπάσαις* O. IX, 58; *ἐναρμόξαι* O. III, 5. J. I, 16. *συνάρμοξεν* N. X, 12, sed in simplici verbo semper *σ*: *ἅρμοσαν* P. III, 114. *ἁρμόσαις* N. VII, 98; *ἔκνιξε* J. VI, 52. *ἔκνισε* P. XI, 23. *κνίσῃ* P. VIII, 33; *ἐρίξω* fr. 189. *ἔρισαν* J. VIII, 27.

**) *θεμισσάμενος* P. IV, 141. *φράδασσε* N. III, 26 (verbum Pindari proprium). *ἀνέχασσαν* N. X, 69. *ἀκοντίσσαιμι* J. II, 35. al.

stus I verborum in *αίνω* exeuntium litteram *α* primigeniam pro communi *η* ostendit: *ἐξέφαναν* N. IV, 68. *ἔφανας* J. IV, 2. *ἀπεφάνατο* N. VI, 25. *ἔσανα* O. IV, 4. P. I, 52. *καταμιάνας* P. IV, 100. *ἐμίανε* N. III, 16. *πίαναν* N. V, 23. *ἰάναιεν* O. VII, 43. *ἐκέρδαναν* J. V, 27. *εὔφρανας* J. VII, 3; semel P. IV, 95 in omnibus libris *παπτήνας* (Vat. B *παπτῄνας*) conspicitur; neque minus *σφάλλω α* servavit: *ἔσφαλε* O. II, 81. P. VIII, 15. J. IV, 35.

c. Verba contracta.

Haec verba nihil fere difficultatis habent, quamobrem de iis paucis dicere possumus. Verba in *άω* desinentia ubique contractione afficiuntur neque umquam formae distractae reperiuntur. *αε* contrahitur semper in *α*, *άει* in *ᾳ̃*; infinitivi vulgari clausula contracta utuntur: *ὁρᾶν* O. VII, 62. P. II, 34 *ἐσορᾶν* O. VIII, 19. *νικᾶν* N. II, 9. *σιγᾶν* N. V, 18. *περᾶν* N. III, 21. *διαιτᾶν* O. IX, 66. *ἐρᾶν* fr. 104. *ἐᾶν* fr. 131, 2. *ἰᾶσθαι* P. III, 46. *πειρᾶσθαι* N. XI, 23; *αο αου αω* semper in *ω* contrahuntur; optativi exemplum unicum *σιγῷμι* fr. 58, 3 sonat. In uno verbo quod ab epicis desumpsit Pindarus contractionem negligit: *ναιετάων* N. IV, 85. *ναιετάοντες* O. VI, 78. P. IV, 180. *περιναιεταόντων* N. VIII, 9; *ζῆν* non usitatum est sed *ζώειν*; cur N. III, 6 extet *διψῇ* ex verbi natura elucet; *νίκη* quod Heynius N. V, 5 pro vulgata *νικῇ* vel *νικῆ* correxit, non a verbo *νικάω* sed a *νίκημι* descendit, quod deprehenditur etiam Theocr. VII, 39. Anthol. VII, 143.

Verba in *έω* desinentia semper *εε* et *εει* in *ει* contrahunt; itaque quum in omnibus epiniciis exemplum formae non contractae non reperiatur, J. V, 48 Boeckhii conjecturam *κελαδέειν* pro *κελαδῆσαι* a codicibus tradito non amplectar, multo potius placet Bergkii conjectura *κελαρύσαι*, quae non multum a vulgata recedit; denique extat fr. 131, 1 *φιλέειν*, sed quum metrum incertum sit, *φιλεῖν* scribendum esse existimo; *εη* in *η* contrahitur quod forma *κελαδῆτον* P. XI, 10 docet, quam Bergkius pro librorum scriptura in metrum peccante *κελαδῆτε* reposuit; *εο εοι εω* litterae in epiniciis numquam contrahuntur. Terminationes *εω* et *εων* aliquoties synizesin subeunt (p. 31.) N. IV, 41 legitur vulgo *χαμαιπετοῖσαν* quod a verbo *χαμαιπετέω* derivandum esse viri docti putant; sed quum hoc verbum alibi non

reperiatur et simile talis contractionis exemplum ex carminibus afferri non possit, vocem secernendam et cum cod. Med. B *χαμαὶ πετοῖσαν* legendum duco velut etiam apud alios scriptores (cfr. Platon. Euthyd. p. 14 D) *χαμαὶ πεσεῖν* in usu est. Fr. 110, 5 deprehenditur forma singularis *καλεῦνται* et P. IX, 109 epice dilatata *ἀκειόμενον* pro *ἀκεόμενον*.

Verborum in *όω* exeuntium hae tantum formae, quae ad contractionem pertinent, occurrunt: *κορυφοῦται* O. I, 113. *μαργούμενος* N. IX, 19. *ἀμαύρου* fr. 103, 1. *δικαιῶν* fr. 146, 3. *ταξιοῦσθαι* O. IX, 78.

d. Verba in *μι* exeuntia.

A c t i v u m. De prima pers. praes. nihil monendum est, quum terminatio a vulgari ratione non recedat, nisi quod semel forma Aeolica Pindari propria *αἴτημι* fr. 132, 4 pro *αἰτέω* reperitur, veluti *αἴνημι* Hes. Op. 683. *κάλημι* Sapph. I, 16. Secundae personae unum tantum spectatur exemplum *τίθεις* P. VIII, 11 quod communem horum verborum formationem negligit; eodem modo tertia persona formatur: *δίδοι* J. IV, 33. P. IV, 265. *ἀνδίδοι* fr. 110, 3 quae etiam apud Homerum occurrit; atqui de accentu dubitari potest; sed Pindarum qui in hac formatione Aeoles sequitur etiam accentum in paenultima collocavisse verisimile est. Neque vulgares formae desunt: *τίθησι* P. II, 10. *δίδωσι* P. V, 65. N. VII, 59. *δείκνυσι* fr 108, 5. Verba in *υμι* desinentia nonnumquam terminationes verborum purorum asciscunt.*) Pluralis indicativi unum tantum exemplum conspicimus: *κίρναμεν* J. VI, 3. Jam sequitur forma difficillima quae P. IV, 155 occurrit. In codicibus omnino quatuor inveniuntur lectiones: *ἀναστήσῃς* in optimis (Vat. B. Par. G. B. Med. B. al.), *ἀναστήσῃ* in Vat. B corr. Guelph. Pal. C et Med. D infra, *ἀναστήσας* in Med. E. C. *ἀνασταίη* in Pal. C. Med. B supra (*ἀνασταίῃ* Urb. A ut videtur). Scholiastes duas agnoscit scripturas *ἀναστήσῃ* et *ἀνασταίῃ*, sed quod p. 360, 27. *ἀναστήσῃ* ex *ἀναστήσηαι* ortum esse contendit, errat; nam quum Pindarus jam in catalexi *εαι* pro *η* synizesi utatur, eum *ηαι* in *η* con-

*) *ἀπομνύει* N. VII, 70, sed *ὄμνυμι* P. IV, 166. *ὀρνύει* O. XIII, 12. *σβεννύεις* P. I, 5 — *δεικνύεν* P. IV, 220. *ὤρνυεν* P. IV, 170. *μίγνυον* N. IV, 21.

traxisse vix quispiam crediderit. Sed formae ἀναστήσῃς ἀναστήσῃ ἀναστήσαις omnes in Pindari dialectum peccant, quae in paenultima litteram α requirit; quod autem omnes libri exceptis duobus hanc litteram η tenent certum corruptionis indicium est. Hermannus σ ejecto correxit ἀναστήῃ et Boeckhius probavit, quae forma et ipsa suspecta est, quippe quam non bene cum formis Homericis στήῃς Il. ρ, 30. στήῃ Il. ε, 598 conferre possimus; itaque plurimum probabilitatis habet sententia Ahrensii, qui D. D. p. 133 formam scholiastae tempore vulgatam ἀναστaίῃ ι subscripto, quod unus codex Urb. A exhibere videtur, Pindaro vindicat et pro conjunctivo habet.

Ad optativum unum pertinet exemplum διδοῖτε P. V, 119. Imperativus verbi δίδωμι tantum comparet: δίδοι quinquies,*) quem falso Greg. Cor. p. 212 pro Dorico venditat; certe Aeolicus est. In infinitivis praes. et aor. II bis terminationem vulgarem spectamus: δεικνύναι fr. 184. δοῦναι P. IV, 35, semel μεναι: θέμεναι O. XIV, 9, vulgo autem μεν.**) Participia eorundum temporum nonnumquam occurrunt.***)

Imperfecti nisi tertia pers. sing. et plur. non occurrit et quidem sing. semel ἐδίδου P. IX, 117, plur. bis formis correptis: τίθεν P. III, 65. πίτναν N. V, 11, quae correptio non minus usitata est in tertia plur. aor. II, cujus has invenies formas: στάν J. VIII, 58. παρέσταν O. X, 52. κατέσταν P. IV, 135. ἔφυν P. I, 42 υ correpto (apud Hom. Od ε, 481 ἔφυν υ producto); plenam terminationem aor. verborum τίθημι et δίδωμι retinent: θέσαν P. II, 39. III, 38. N. I, 59. ἔδοσαν N. VI, 10. Praeterea unius verbi ἵστημι aor. II formae restant: ἔσταν N. I, 19 (pers. prima) ἔστα N. I, 55. fr. 77. 2.

Perfectum rarissime tantum conspicitur ita ut non lon-

---

*) O. I, 85. VI, 104. VII, 89. XIII, 105 ubique in omnibus fere codicibus qua re N. V, 50 recte haec forma restituta est.

**) τιθέμεν P. I, 40. θέμεν novies. ἀναθέμεν P. VIII, 29. ὑπερτιθέμεν P. V, 25. στᾶμεν P. IV, 2 (ut 39 βᾶμεν). διδόμεν N. VII, 97. J. VIII, 60. δόμεν O. VI, 33. VIII, 85. P. V, 124. N. VIII, 20. κιρνάμεν J. V, 25. ἀναπιτνάμεν O. VI, 27.

***) διδούς P. I, 57. τιθείς fr. 86, 1. παραδόντος P. V, 3. διδόντι P. IV, 21. διδόντων O. III, 29. ὀρνύντος P. X, 10. ἀμπιπλάντες N. X, 57. δόντες N. IX, 17. ἀντιθεῖσα O. III, 30. στάντες N. V, 11.

gum sit omnes formas afferre: δέδωκε N. II, 8. J. VII, 24, cujus solius verbi etiam perf. pass. reperitur fr. 131, 3; παρέστακε P. VIII, 71; part. ἑσταότα N. V, 2; ἐξεστηκώς Pindaro tribuit Et. Gud. 193, 9 (fr. 287) sed Pindaricum fuit ἐξεστακώς. Futuri plura exempla habemus*). Aoristi I verborum τίθημι et δίδωμι tertiam pers. sing. praebent, quae satis frequens est: sed etiam pluralis duae supersunt formae ab Homero alienae sed Hesiodo usitatae: ἔδωκαν N. XI, 39. δῶκαν P. IV, 115.

Passivum. Non rarae sunt formae praesentis et imperfecti.**) Aoristus passivi unius verbi ἵστημι obviam est: ἐστάθη P. IV, 84. στάθεν N. X, 66. σταθείς O. III, 32. Aoristi I medii formae ad verbum τίθημι pertinent: ἀπεθήκατο O. VIII, 68 (θήκατο etiam Il. κ, 31. Hes. Sc. 128), θηκάμενος P. IV, 29. θηκάμενοι P. IV, 113. καταθηκαμένα O. VI, 39. Fut. med. est θήσομαι J. I, 3. Aoristi II med. formae et ipsae solae a verbo τίθημι ortae comparent.***) Imperativi pass. et medii non extant, infinitivi autem et participia quae frequentiora sunt vix a vulgari consuetudine recedunt ita ut omnes formas huc congerere non opus sit.

Ἵημι.

Hujus verbi quod a Pindaro non frequenter adhibetur formas huc transscribamus:

Praes. Ind.		ἀφίημι P. IV, 149.
		ἐφίητι J. II, 9.
	Imper.	ἵει O. IX, 11. ἐξίει P. I, 91. παρίει P. I, 86
	Part.	ἱείς N. VI, 28. VIII, 49. ἱέντα O. XIII, 93. ἱέντες O. II, 90. συνιείς N. IV, 31.
Imperf. 3. plur.		ἵεν J. I, 25.

---

*) δώσει P. XII, 32. δώσειν N. I, 66. θήσω O. XIII, 98. θήσεις P. IX, 54. fr. 84, 16. θησέμεν P. X, 58 (forma similis est δωσέμεν Jl. ι, 323. χ, 117). στάσομαι N. V, 16.

**) ἵσταμαι N. VIII, 19. ἀφίσταντι P. IV, 145. ἐπίστασαι P. VIII, 7. ἐπίστᾳ P. III, 80. (Cfr. Aesch. Eum. 86. 580. Etym. M. 290, 38). ἐπίστανται O. VI, 26. δύνασαι O. IV, 158. N. VII, 96. δύναιτο O. II, 17. 100. ἄηται J. IV, 9. ἔραμαι N. I, 31. ἐραίμαν P. XI, 50. ἤρατο P. III, 20. ἐμίγνυτο P. II, 45 alia.

***) θέτο N. X, 89. ἔθεντο O. IX, 44 et semel persona secunda συνέθεν P. XI, 41, ubi Boeckhius repugnantibus omnibus libris συνετίθεν scripsit.

Fut. προήσειν P. IV, 166.
Aor. I ἀνέηκε fr. 128. προῆκαν O. I, 65.
Aor. II inf. συνέμεν P. III, 80. imper. σύνες fr. 82.
Med. part. praes. ἱέμενοι P. IV, 207.

In tertia persona ἐφίητι littera τ quae antiquitus terminationi hujus personae propria erat servata neque in σ mutata est, quam formationem Dorienses retinebant; similes sunt formae apud Theocritum ὑφίητι IV, 4 προΐητι XI, 48.

Εἰμί.

Indicativi praesentis hujus verbi excepta secunda plur. omnes personae comparent; formae sunt hae: primae sing. εἰμί (quinquies) secundae ἐσσί (O. VI, 90. P. I. 88. II, 72. IV, 270. V, 16. N. X, 80.) tertiae ἐστί, primae plur. εἰμέν P. III, 60. tertiae ἐντί (decies); semel etiam εἰσίν apparet P. V, 116. Conjunctivum hujus verbi nusquam et optativi duas tantummodo formas εἴην et εἴη deprehendimus. Infinitivus tres varias formas praebet: semel εἶναι J. VI, 20, multo saepius ἔμμεν*) et ἔμμεναι**); etiam participium satis frequens est et ut apud epicos semper ἐών sonat, fem. ἐοῖσα bis P. IV, 265. fr. 176, 4 legitur.

Imperfecti prima et secunda pers. sing. et plur. prorsus desunt, tertiam sing. saepius reperimus, sed unam tantum formam ἦν, semel etiam iterativam ἔσκεν N. V, 31, quamquam iterationem non significat; tertia persona plur. offert formas ἔσαν (O. II, 9. P. IV, 209. N. IX, 14) vel σ duplicato ἔσσαν O. IX, 53. N. IX, 17, quae forma ab epicis ignoratur; sed propterea ea mihi suspecta esse videtur praesertim quum huic scripturae libri manu scripti minime faveant; O. IX, 53 enim optimi ἔσαν exhibent, quod metro repugnat, ἔσσαν in interpolatis tantum legitur et a grammaticis invectum esse videtur, ut metro succurrerent, contra Med. C et E in lm. et Caes. D. ἦσαν praebent. Sed verisimile est Pindarum qui hujus verbi formas plurimas in usum convertit, quae jam apud Homerum

---

*) ante vocalem: P. IX, 118. X, 50. N. X, 51; ante cons. O. VII, 56. XIII, 62. P. IV, 98. VI, 42, in fine versus: O. V, 16. IX, 64. P. IV, 287. IX, 100. N. V, 49. J. VI, 72.

**) O. I, 32. P. IV, 34. XII, 18. N. IV, 79. VII, 45. 87. X, 58. fr. 39, 1. 58, 4. 228.

leguntur, etiam hic ubi metro requirebatur syllaba longa ἦσαν scripsisse, in qua lectione N. IX, 17 omnes codices consentiunt; quum enim in poetae litteris ἔσαν et ἦσαν eandem speciem praebeant (*ΕΣΑΝ*), priore loco optimi libri ratione metri non habita veterem scripturam ἔσαν retinuerunt, quum altero loco ἦσαν substituerent. Non est cur Pindaro formam Aeolicam ἔσσαν vindicemus, quoniam vel apud Aeoles ἦσαν in usu erat (cfr. Sapph. fr. 31 Bgk.) et ἔσσαν etiam semel tantum deprehenditur Alc. fr. 91.

Indicativi futuri plura exempla habemus; primae personae utramque formam Homero usitatam reperimus: ἔσομαι P. IV, 156, ἔσσομαι P. III, 108; secunda persona deest; tertia aut ἔσσεται*) aut ἔσεται P. V, 54 aut ἔσται P. IV, 63. XII, 30 sonat; praeterea comparet infinit. ἔσεσθαι O. VI, 50. ἔσσεσθαι P. I, 37. O. VII, 68 et ter participium ἐσσόμενος: O. XII, 8. XIII, 103. N. I, 27.

Εἶμι.

Quum hoc verbum raro tantummodo usurpetur, omnia exempla in conspectu collocabimus.

Praes.	Ind.	ἔπειμι J. VII, 41. εἶσιν fr. 114.
	Imper.	ἴτω P. VIII, 33. ἴτε P. XI, 3. ἰόντων J. VIII, 41.
	Infin.	ἴμεν O. VI, 63. συνίμεν P. XI, 8.
	Part.	ἰών saepius.
Imperf.		ἐπῄει fr. 78.

Sed nonnulla addenda sunt. O. XIV, 19 in nonnullis codicibus imperativi persona secunda ἴθι conspicitur optimis libris ἐλθέ, Par. G ἔλθε, tribus bonis Ambr. G. Med. D. Urb. A ἔλθ' exhibentibus; lectio ab optimis tradita ἐλθέ probari non potest quia nisi tum locum non habet, quum forma κοιρανέοντι contra omnium librorum auctoritatem in Aeolicam κοιρανέοισιν mutatur, ut adjecto ν paragogico syllaba ultima producatur; quod quum vix verum sit, nihil restat nisi ut ἴθι recipiamus quod metro prorsus sufficit aut ἔλθ' scribamus, cujus syllaba longa duabus primae strophae brevibus respondet; sed nescio num digamma vocis sequentis Ἀχοῖ negligi possit. P. XI, 8 pro inf.

---

*) O. VIII, 53. XIII, 99. P. IX, 49. N. X, 77. J. VI, 52, cfr. Aesch. Pers. 120. ἐπέσσεται O. XIII, 99.

συνίμεν in codd. Med. B. Gott. Guelph. aliis *συνέμεν* legitur; sed sola forma *συνίμεν* vera esse potest, quoniam infinitivus verbi *εἰμί* apud Pindarum numquam *ἔμεν* sonat.

Φαμί.

Hoc verbum non multum a vulgari formatione desciscit: praesentis formae sunt *φαμί* (octies), *φαμέν* P. XII, 17. *φαντί* septies; optativus ter occurrit: *φαίην* O. XIII, 103. *φαίης* J. V, 72. *φαῖμεν* N. VII, 87; inf. *φάμεν* O. I, 35. III, 38. N. VIII, 19. *παρφάμεν* O. VII, 66. P. IX, 43. Imperfecti tertia persona legitur: *ἔφα* P. IV, 278. *φᾶ* O. VI, 49. J. II, 11. *φάν* pro *ἔφησαν* (cfr. Jl. γ, 161. ξ, 108) fr. 228. Fut. *φάσει* N. VII, 102; futurum medii *φάσομαι* O. IX, 43. aoristus I *φᾶσε* N. I, 66; inf. praes. med. *φάσθαι* N. IV, 92; part. *φαμένῳ* J. VI, 49. Imperf. tertia sing. *φάτο* P. III, 43. IV, 110. J. VIII, 45 in formula epica *ὥς φάτο*, P. IV, 33.

Οἶδα.

Formae verbi *οἶδα* sunt hae:

Praes.	Ind.	*οἶδα* N. IV, 43 (*α* eliso)
		οἶσθα P. III, 80.
		οἶδεν O. II, 56. fr. 114, 2.
	Opt.	*εἰδείην* O. XIII, 46.
	Imper.	*ἴσθι* O. XI, 11. N. V, 48. *ἴστω* O. VI, 8. N. IX, 45. J. VII, 27. *ἴστε* P. IV, 117. J. III, 15. IV, 35.
	Part.	*εἰδώς* O. II, 86. *εἰδότι* O. VIII, 60. P. IV, 142. *εἰδότες* N. VI, 6. *εἰδυῖα* fr. 163, 2.

Infinitivus igitur et imperfectum prorsus desunt; praetera Pindarus nonnumquam Doricum verbum *ἴσαμι* recepit, cujus sola prima pers. sing. et plur. legitur: *ἴσαμι* P. IV, 248. *ἴσαμεν* N. VII, 14; denique etiam dat. part. *ἴσαντι* P. III, 29 comparet.

XVI. De praepositionibus.

Ut in dialecto Aeolica et Dorica ita in Pindari carminibus apocope adhibetur in praepositionibus *παρά ἀνά κατά* sive simplices sive cum aliis vocabulis compositae sunt; P. IV, 54 in forma *ἀμνάσει* euphoniae causa altera littera *μ* ejecta est, quamobrem recte a Boeckhio P. I, 47 *ἀμνάσειεν* scriptum est libris plurimis *ἂν μνάσειεν* exhibentibus. *Κατά* simplex semel

abjecta littera *α* et mutata consonante legitur: *κα νόμον* O. VIII, 78; praeterea Bergkius N. VIII, 38 *καγ χθονί* pro vulgata *καὶ χθονί* scripsit; in verbis cernitur *κατά* in forma *καππαύει* N. IX, 15, sed abjecto *τ*: *κάπετον* O. VIII, 38 pro *κατέπεσον*.

Praeter *πρός* etiam Dorica forma *ποτί* adhibetur, cujus littera finalis *ι* semel O. VII, 90 eliditur *ποτ᾽ ἀστῶν καὶ ποτὶ ξείνων* euphoniae causa propter insequens *ποτί*; fr. 99, 5 *ι* ante consonam abjicitur *ποττάν*. In compositis *ποτι* raro (*ποτικλίνω ποτίκολλον ποτινίσσομαι ποτιστάζω ποτίφορος ποτιψαύω*), multo saepius *πρός* in usum venit.

Εἰς nisi ante vocales et quidem ubi longa requiritur syllaba non admittitur (O. X, 37. 92. P. III, 11. X, 63. N. V, 11. VII, 37), ante consonantes semper forma *ἐς* poeta usus est, ut plurimis locis omnium librorum consensus testatur. Etiam in compositis semel tantum formam pleniorem deprehendimus *εἰσιδέτω* J. VIII, 36, aliis locis *ἐς*: *ἐσαλλόμενοι* O. VIII, 38. *ἐσῆλθεν* N. X, 16. *ἔσοδοι* P. V, 116. *ἐσορᾶν* O. VIII, 19 alia id g.

Pro *ἐν* in fragmentis bis *ἐνί* extat: 106, 2. 140. Interdum praepositio etiam cum accusativo conjungitur, id quod Doriensium proprium fuisse grammatici docent, cfr. Eust. 1839, 3: *ἐν ἅρματα* P. II, 11. *ἐν πάντα νόμον* ib. 86. *ἐν κοιλόπεδον νάπος* P. V, 38. *ἀδόκητον ἐν καὶ δοκέοντα* N. VII, 31. *ἐν χορόν* fr. 53, 1. *ἐν πρᾶγος* fr. 85. *ἐν Ῥόδον* fr. 96. De hoc Graecorum usu imprimis Boeotorum cfr. Ahr. D. A. p. 237; in epiniciis haec libertas tantummodo carminibus Aeolicis obtingit.

Praepositio *περί* nonnumquam elisionem, ne dicam apocopen, patitur, quae a grammaticis vulgo Aeolensibus, ab Eustathio Prooem. Pind. p. 12 Schneid. Doriensibus tribuitur; cfr. Boeckh. ad O. VI, 38 et ad fr. 126. Herm. p. 267. Ahr. D. A. p. 150; exempla sunt haec: *περ᾽ ἀτλάτου* O. VI, 38. *περ᾽ αὐτᾶς* P. IV, 265. *περάπτων* P. III, 52 (multi libri offerunt metro adversante *περιάπτων*). *περόδοις* N. XI, 40, quod Eust. prooem. p. 12 et Cramer An. Ox. IV, 309, 20 confirmant, quamquam codices *περιόδοις* contra metri legem tenent. *περιδαῖον* fr. 131, 2. Sed *περιέναι* quod grammaticus in Cram. An. Ox. 300 affert, non in Pindaricis carminibus reperitur et fortasse injuria poetae tribuitur.

Pro *μετά* nonnullis locis Aeolica forma *πεδά* occurrit: P. V, 47 *πεδὰ μέγαν κάματον* (multi libri etiam *μετά* suppeditant, quod haud ita grate sonat). VIII, 74 *πεδ' ἀφρόνων*. fr. 101, 5 *πέδ' ἄφθονον βοράν*, ubi a Schneidero *πέδ'* pro *παῖδ'* correctum est: in compositis: *πεδέρχεται* N. VII, 74 *πεδαυγάζων* N. X, 61 (optimi Vat. B. Med B in lm. *ποδ' αὐγάζων*, Med B *πέδ' αὐγάζων*). *πεδάμειψαν* O. XII, 12. Denique Eustathius prooem. 21. (fr. 307—309) Pindaro tribuit *πέδοικος* pro *μέτοικος*, *πέδα στόμα* pro *μετὰ στόμα* et *πεδασχεῖν* pro *μετασχεῖν*; praepositio simplex et *πεδέρχεται* in Aeolicis, alia composita in Doricis carminibus reperiuntur.

VITA.

Natus sum Guilelmus Augustus Peter Nonis Juniis a. 1842 Nordhusae patre Ludovico matre Charlotta e gente Holzapfel, quos adhuc superstites esse valde laetor. Fidem profiteor evangelicam. Usque ad aetatis annum decimum quartum litterarum elementis imbutus gymnasium Nordhusanum quod sub Jll. Schirlitzii auspiciis etiamnunc floret per VII annos frequentavi. Unde maturitatis testimonio instructus vere anni 1863 Halas me contuli philologicis studiis me dediturus et per sex semestria scholis interfui Jll. Bergkii Bernhardyi Schalleri Erdmanni Zacheri Duemmleri Beyschlagii aliorum; per tria semestria seminarii regii philologici nec non Bergkii societatis sodalis fui. Quibus viris omnibus de me meritis gratias et nunc ago quam maximas et semper me habiturum esse polliceor.

THESES.

I.

Versum Hes. Op. 219

δωροφάγοι, σκολιαῖς δὲ δίκαις κρίνωσι θέμιστας

ejiciendum esse censeo.

II.

Thuc. VIII, 56 lectionem vulgatam *την ἑαυτῶν γῆν* retinendam esse.

III.

Versus Soph. Ant. 905—913 mihi spurii esse videntur.

IV.

Censum *ζευγιτῶν* CC medimnorum fuisse.

V.

Catullum anno u. 708 mortuum esse contendo.